aggreditur reliquum ⁊ doctrinam orationis enuntiatiuę, de quo ⁊ vniuersa ipsi fuit intentio in proposito negotio. Sed postꝗ̃ hęc oratio cõstat ex nomine ⁊ verbo. hęc ꝟo fm dictionem ⁊ sententiam considerantur, necesse est ⁊ orationem ex his compositā dictionem ⁊ sententiam habere. Licet igitur ex diuisione accipere de enũtiatiua oratione, quomodo in dictione consideratur ⁊ quomodo in sentẽtia, cuius diuisionis Aristoteles quum meminerit, breuiter in medio quędam theoremata posuit, ex quo ⁊ obscuritas facta est. vt igitur planius reddatur doctrina, dicamus omnem diuisionẽ. ⸿ Oratio ⁊ dictionem hꝫ, ⁊ sententiam habet. ⁊ fm dictionem, aut est simplex, aut est composita. ⁊ si composita, aut cathegorica aut conditionalis. ⁊ si conditionalis, aut copulatiua, vt si dies est, sol est super terram. Duabus enĩ existib⁹ ꝓonib⁹, sic ꝯiungit vtrasq̃, aut disiũctiua, vt siue sint bonę diuitię, siue malę, siue idifferẽtes, neqꝫ bonę neqꝫ malę, indifferẽtes igit̃. Si ꝟo cathegorica ꝯposita, aut po° est hmõi, aut actu. ⁊ si actu, aut incõposita, vt Socrates sedet, Plato legit. q̃ non sunt vna oratio, sed plures. aut copulatę, vt Socrates deambulat, ⁊ Plato legit. hęc enim dictio ⁊ vnam orationem ambas fecit. Si ꝟo potentia, aut vno existente subiecto, multis ꝟo prędicatis, vt in hac Achilles castrametatus fuit in Troiam, ⁊ singulari certamine Hectorẽ vicit. vel quidem multis subiectis, vno ꝟo prędicato, vt Achilles, ⁊ Vlisses, ⁊ Aiax, castrametati sunt. aut vtrisq̃ multis existentibus subiectis ⁊ pręd̄icatis, vt Achilles, Aiax, ⁊ Vlisses, castrametati sunt in Troiam, ⁊ depredati fuerunt ipsam ⁊ sustulerunt captiuam Helenam. Potentia ꝟo dictum est, propterea ꝙ ex multis huiusmodi orationibus possibile est falsas quasdam esse. Si ꝟo simplex est oratio fm dictionem, aut ex subiecto est ⁊ pręd̄icato ⁊ tertio adiacente, vt Socrates iustus est, aut ex subiecto ⁊ tertio adiacente ⁊ modo, vt necessario Socrates rationalis est. Scdm̃ ꝟo sententiaꝫ oratio, aut proprie est vna, aut non proprie, ⁊ si proprie, aut cathegorica est, aut conditionalis: ⁊ si conditionalis, aut copulata, aut disiuncta, ⁊ rursus eadeꝫ exempla adaptabis, quę superius dicta fuerunt. Si ꝟo cathegorica, ⁊ non proprie vna, aut copulata, aut non copulata, ⁊ eisdeꝫ vtitor exemplis supradictis. Si ꝟo proprie vna est, aut fm habitum, aut fm rem. ⁊ fm habitum quideꝫ, vt in diffinitionibus. etenim vna oratio animal rationale mortale est, eo ꝙ nomina habitudinem habent in diffinitione, ⁊ vnũ aliquid significant. Si ꝟo fm rem, facies proprie affirmatiuã orationeꝫ, vt Socrates deambulat. ⸿ Est ꝟo ⁊ alterã facere diuisionem, qua ⁊ Amonius vsus fuit duobus circa omnẽ orationem ex necessitate consideratis, dictione ⁊ significatione. Circa dictionem quidem duę speculãtur vnius orationis differentię. vna quidem fm simplicem ⁊ compositaꝫ. altera ꝟo fm primam ⁊ secundam, pręcipue quidem in simplicibus orationibus. per has ꝟo ⁊ in compositis. Circa ꝟo significationem, vna fm vnum ⁊ multitudine significatorum, ⁊ in dictione quidem duplices orationes, affirmatio ⁊ negatio, cathegoricę, compositę ꝟo per coniunctionem vnitę, vt suppositiuę prępositiones, fm ꝟo primum ⁊ secunduꝫ, vt affirmatio prior negatione. Circa ꝟo significationem, quę vnum significat est quę in diffinitionibus, vna enim est a diffinitione significata res, vt in hac homo animal rationale mortale, plura ꝟo significant diffinitiones, si singula distingues intellecta quę in diffinitiõe sunt, vt animal est, rationale est, mortale est, ⁊ ęquiuoce ꝟo propositiones non vnum significant, vt Aiax pugnauit cum Hectore, incertũ est de quo Aiace dicit. ⸿ Fiũt igitur ex hac diuisione dictionis ⁊ significationis tres oppositiones, simplicis ad compositaꝫ, primi ad secundum, vnius ad plures. Licet igitur sic dicere, enũtiatiuę orationis ꝙ hęc est simplex, illa ꝟo composita, simplicis hęc quidem prima, illa ꝟo secunda, ⁊ ex vtraq̃ istorum, alia quidem vna, quę est vnum significans, alia ꝟo plures, quę plura significat. Habent autem cõmune simplex ⁊ composita, primum ⁊ secũdum. quoniam ad vtraqꝫ affirmatio ⁊ negatio est, vt vel definitis vel indefinitis vti posse, qñq̃ ⁊ subiectis ⁊ p̄dicatis. ⸿ Qđ ꝟo prior sit affirmatio negatione, ⁊ ipse Aristoteles manifestauit inter diuidendum, qñ dicit affirmatio, postea negatio. ⁊ ꝙ negatio destructio est, ⁊ refutatio. oportet ꝟo primum esse aliquid, postea destrui. Amplius si quę per se sunt, sunt priora his, quę sunt per accidens, affirmatio quidem ostendit, quę per se insunt subiecto, negatio ꝟo, quę per accidens. qui enim ex his quę nõ sunt ostendit alicuius substantiam esse ex his, quę per accidens sunt ostendit. quoniam oratio ea, quę per se sunt significans prior est ea, quę significat ea, quę sunt per accidens. Amplius priora sunt componentia compositis. competit ꝟo affirmatio negationeꝫ. prior igitur affirmatio negatione. Amplius affirmatione non existente, neqꝫ vtiqꝫ negatio erit, negatio ꝟo non tollit affirmationem, remouens anteꝫ non remotum ꝟo prius est, vnde introducitur ratio Alexãdri ꝙ vbi prius ⁊ posterius, ibi communiter pręd̄icatum genus non est. Dicimus igitur, ꝙ non inquantum enuntiationes habent prius ⁊ posterius, quoniam ipsa enuntiatio, ⁊ ante seipsam esset, ⁊ post seipsam, sed fm aliquod accidens contingit, fm adiectionem huius dictionis non, negationem fieri ex affirmatione. ⸿ Post hoc dicit Aristoteles, ꝙ necesse est oẽm orationeꝫ enuntiatiuaꝫ verbo esse, vel ex casu verbi, non possibilem enim esse huiusmodi orationeꝫ dicit, ⁊ non est ex verbo pro pręsenti, aut ex casu pro pręterito vel futuro. enuntiatiua enim oratio ⁊ ex duobus verbis componitur, vt subiecto ⁊ pręd̄icato, vt ambulare moueri est: non necessariũ ꝟo nomen semper habere enuntiatiuam orationeꝫ, sed ⁊ infinito nomine vtitur ⁊ oratione ⁊ nomine, nunquam ꝟo sine verbo aut casu verbi possibile est esse pręd̄icatum.

⸿ Propter ꝙ sane vnum aliquod est, sed nõ plura animal pedestre bipes.

⸿ Hinc ostendit, ꝙ vna est oratio, quia natura est vna, ⁊ si videatur ex propinquitate dictionum dicta esse. nam quum sit subiectum vnum ⁊ diffinitionem vnã ipsius dicit naliter. Quid enĩ est aliud homo, q̃ animal pedestre bipes, ⁊ est vnum significatũ. Est autem oratio enuntiatiua, aut quę vnuꝫ manifestat, aut quę coniunctione vna copulatiua est. Dixit hoc propter ęquiuoca, hec enim non vnũ demonstrant, vt canis est. Ambiguum enim est hoc, diffinitiones quidem

Orationis diuisio.

Quod affirmatio sit prior negatione.

quidem unum manifestant, ꝛ si multa dicantur qui unius sunt manifestativę, vel inconiunctę, etenim huiusmodi multa significant.

¶ Nomen quidem, ꝛ verbum dictio sit solum.

¶ Postquaꝫ docuit de universali oratione, ꝛ postea quum ostenderit de enuntiativa oratione, ꝛ ostenderit ꝙ impossibile est talem orationem sine verbo esse. docet ꝛ de appellata dictione. habet eniꝫ quandam convenientiam dictio ꝛ verbum. dictum enim est, ꝙ quidem subiecto idem sunt, habitu ꝟo differunt. Dicit igitur, ꝙ dictio, neqꝫ dicit veritateꝫ neqꝫ falsitatem. pars enim enuntiationis est, quę est, aut nomen, aut verbum prolata, aut aliquo interrogante, vel ex seipso. ꝛ ex proposito, neqꝫ verum neqꝫ falsum significabat. Quęrimus ꝟo hoc idem, propter quid dictionem ipsam vocat ꝛ non narrationē. Dicimus igitur, ꝙ dictio habet quandam convenientiam in affirmatione ꝛ negatione ſm terminationeꝫ, ꝛ est hęc non rationabilis causa, sed magis qꝛ antiqui meminerunt huius vocabuli dictionis, ꝛ si non in eodem significato. Plato enim dictiones vocabat specierum in materijs apparitiones, quoniam ipse generantur ꝛ corrumpuntur. Post hoc tradidit nobis alias duas enuntiationis diffinitiones. quarum prima est vox significativa aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo. altera ꝟo vox significans aliquid inesse, aut non inesse. ut tempora dividuntur, ut pręsens pręteritum ꝛ futurum. Dividitur igitur enuntiatio in affirmationem ꝛ negationem, ut genus in species, non sicuti differentes res proferens, quod quidem proprium est eorum, quę ut genus in species dividūtur, sed sicuti diversa significata. post hoc tradidit nobis contradictionis doctrinaꝫ. Et cōfestim dubitamus, propter quam causam in numeratione eius non meminerit. Et dicimus ꝑpter duas causas. quarum prima est, postq̄ꝫ meminerit affirmationis ꝛ negationis, ex quibus constat contradictio, propter hoc hanc non numeravit. secunda quoniam nullus antiquoꝝ meminerit contradictionis nominis. Hic manifestum est, ꝙ eius est inventio, dicendo ꝛ sit contradictio huiusmodi. Est igitur eius diffinitio pugna affirmationis ꝛ negationis dividēs semper verum ꝯ falso. Indiget igitur hęc diffinitio quibusdam prędeterminationibus, ut sit vera. dicit enim eiusdem de eodem, ne sit aliud subiectum, aut aliud prędicatum, ut si dico Aiax solus pugnavit cū Hectore, Aiax non solus pugnavit cum Hectore. incertum est de quo Aiace sit oratio, utrū de Oilei filio aut Thelamonio. Et ex hoc accidit simul mentiri, aut simul verum dicere contradictionem, ꝙ est impossibile. de eodem ꝟo prędicato ne dicamus, Socrates movetur, Socrates non movetur. accidit enim ipsum moveri, quaꝫ ambulat, non moveri ꝟo disputando. non ęquivoce, ut in hac Aiax solus pugnavit cum Hectore, aut Aiax non solus pugnavit cum Hectore. non univoce, ne dicas homo deambulat, homo non deambulat, contingit animalium quidem deambulare, alium ꝟo nō deambulare, ſm aliud ꝛ aliud, ne dicamus oculus albus est, ꝛ oculus albus non est. ſm enim aliam partem albus est, ſm ꝟo aliam albus non est, aut ut decem duplum est ꝛ non duplum. duplum enim est relatiuꝫ ad quinque, non dupluꝫ ꝟo ad triginta. non in alio ꝛ in alio tempore, ut Socrates deambulat, ꝛ Socrates non deambulat. non aliter ꝛ aliter, ut nix alba est, ꝛ non est alba. Si enim ut utrunqꝫ ꝛ ut substantia alba, si ꝟo ut color ꝛ qualitas, non est alba, aut potentia ꝛ actu, ut catulus vidit, ꝛ catulus non vidit. Et post hoc quęrimus de divisione in textu posita, dicit eniꝫ hoc.

¶ Quoniam auteꝫ licet, id ꝙ inest ac si nō insit pronuntiare.


¶ Est igitur talis divisio, res aut insunt, aut non insunt. Et aut dicimus ipsas inesse, aut dicimus ipsas non inesse. Et si insunt, ꝛ dicamus ipsas inesse, fit vera affirmatio. ut Socrates iustus est. Si ꝟo non insunt, ꝛ dicamus ipsas non inesse, fit vera negatio, ut hircocervus non est. Si ꝟo nō insunt, ꝛ dicamus inesse, falsa est affirmatio, ut hircocervus est. Si ꝟo insunt, ꝛ dicamus non inesse, fit falsa negatio, ut homo animal non est. Ipse igitur primas angulare dixit tanquam falsas ꝛ oppositas, ut ostendat, ꝙ omni affirmationi negatio est opposita, ꝛ hinc introducit contradictionem.

PREFATA SECVNDE PARTIS.

BENE intelligentes primā particulam ꝛ promissionē perficiētes opportune, reliquum est nos ad secundum transferre. Et confestim quędam nobis dubitatio occurrit, cur proponens in prima particula docere de enuntiatione, nihil ulterius q̄ꝫ partes ipsius edocuit? Et dicimus, ꝙ quum docuerit omnēs eius partes, ꝛ totum edocuit. sciens enim partes, sane ꝛ totuꝫ scit. ex his eniꝫ totuꝫ. Hinc igitur quęrimus, quomodo negationes ex affirmationibus fiunt, ut autem hoc addiscamus pręponamus tria quędam capita. Primum quidem quid est determinatio, ꝙ autem non frustra hoc inquiramus, dicemus sic, ꝙ de propositionibus est nobis oratio. Quoniam autem harum aliquę quidem sunt prędeterminatę, aliquę ꝟo indeterminatę propter hoc quęrimus quid sit determinatio. Secunduꝫ quomodo fiunt negationes ex affirmationibus, ꝙ ꝟo neqꝫ frustra hoc quęratur. manifestuꝫ est ex hoc omni affirmationi negationem esse contrariam. Et tertium numerum propositionum ex subiecto ꝛ prędicato, ꝛ hoc ꝟo non frustra quęritur. quoniam eniꝫ non sunt ꝛ alię preter has propositiones. manifestū est ꝙ non sunt infinitę. Si enim est aliquid accipere ipsorum extra ipsas, manifestum est ꝙ finitę sunt, id enim extra ꝙ nihil est assumere hoc dicitur ꝛ est infinitū: ꝛ de predeterminatione quęrenduꝫ est quinque quędam essentiam eius, quę est diffinitio, numeruꝫ, potentiam, oppositionem, appellationem. Et de prima quidem dicimus, ꝙ est determinatio adiectio cōiuncta semper subiecto, ꝛ ostendens quomodo se habet prędicatum ad subiectum cum multitudine existente in subiecto, ſm id ꝙ inest quoniam adiectio, neqꝫ nomen, neqꝫ verbuꝫ est, sed ut adiectio quonīā ꝟo se habet prędicatum ad multitudinem in subiecto ſm inesse, ut addiscamus utrū de omni ꝛ universali subiecto pręhdicetur pręhdicatum sicuti in hac, om Dubitatio.

nis homo est animal, ostendit enim ꝙ animal inest homini ⁊ ꝙ de omni multitudine hominis pꝛędicatur, aut ſm partem eiuſdẽ, vt hęc aliquis homo animal est. ¶ De numero ꝟo dicimus, ꝙ quatuoꝛ sunt numero, quoniã enim dictũ est in diffinitione ꝙ pręd icatum ostendit, quomodo se habet ſm multitudinem subiectum. multitudo ꝟo quantitas est, necesse est accipere ex quãtitate vniuersales ⁊ particulares. dictum est ꝟo rursus in diffinitione sine id ꝙ inest. inherentia ꝟo qualitas est, necesse est accipe ex quali hoc, aut affirmatiuas aut negatiuas. sunt igitur, vt dictum est quatuoꝛ determinationes, duę quidẽ vniuersales, affirmatiua quidẽ vt omnis. negatiua ꝟo, vt nullus. alię duę particulares, affirmatiua quidem, vt aliquis. negatiua ꝟo, vt non ois. ¶ De potentia ꝟo dicimus, ꝙ omnis semper in necessaria materia verum dicit. Tres enim sunt materię necessaria, vt omnis homo animal est, aut omnis homo risibilis, ⁊ si non rideat semper, sed inquantum potentiam habet ridẽdi risibilis est. aut impossibilis, vt omnis homo alatus. aut cõtingens, vt omnis homo iustus est. igitur hęc determinatio omnis, semp in materia necessaria verum dicit. vt omnis homo animal est, nullus ꝟo semper in ipsa falsum dicit, vt nullus homo animal. in impossibili ꝟo, ę contra, nullus quidem semper verum dicit, vt nullus homo alatus, omnis ꝟo semper in ipsa mentitur. vterq; ꝟo in contingenti falsum dicunt, vt omnis homo iustus, nullus homo iustus. Particulares ꝟo aliquis, ⁊ non omnis in necessaria quidem, aliquis verum dicit, non per seipsam sed propter vniuersalem. si enim vniuersalis verum dicit necesse est ⁊ particulare, sub hac enim non omnis ꝟo falsum dicit. rursus propter suam vniuersalem in contingenti quidem materia verum dicunt particulares, aliquis ⁊ non omnis, vt aliquis homo iustus, non omnis homo iustus. non amplius pꝛopter vniuersales, sed propter seipsas. vniuersales enĩ falsum dicunt in hac materia. oppositio ꝟo earum est hęc, omnis, nullus, aliquis, non omnis. hęc quidem omnis ⁊ nullus contrarię opponuntur. aliquis ꝟo ⁊ non omnis subcontrarię, quoniam ꝟo sub contrarijs reducuntur, ideo subcontrarię appellantur. aliquis quidẽ enim sub omnis, non omnis ꝟo sub nullus. propter ꝙ ꝟo omnis ⁊ nullus sunt contrarię, eo quia cõtraria plurimũ inter se distant. Similiter ꝟo ⁊ non omnis huic nullus, quoniam corrumpunt se mutuo, ⁊ ꝙ nequaquã simul verum dicunt, simul falsum dicunt in materia contingenti. Angulares ꝟo omnis huic non omnis, ⁊ aliquis huic nullus cõtradictorię opponuntur. omnis ꝟo huic aliquis, ⁊ nullus huic non omnis subalternę. excipiunt enim se vicissim, sicuti vniuersale ⁊ particulare subalternę opponũtur. ¶ De hac ꝟo determinatione aliqꝫ dubitant propter quid non opponitur ipsi non aliquis, sed nullus. Et dicimus, ꝙ Poetarũ magis est non aliquis, ꝙ̃ Philoſ. ¶ Amplius dicunt pp quid non ei opponitur vnus. ⁊ dicimus propter malũ sonum. Amplius dicũt propter quid non opponitur haud vnus. ⁊ dicimus ꝙ haud vnus, non solum nullum significat, sed ⁊ multitudinẽ. Dicunt igitur rursus, si hęc negatio ου apud grecos sola adiecta facit negationẽ, q̃re adiecistis ipsi hãc syllabã δεὶς. ⁊ dicimus, ꝙ p qdẽ nõ est negatio ου sed determinatio solũ, eo ꝙ male sonabat adiecta est syllaba δεὶς.

Dubitatio.



¶ Post hoc quęrunt de nomine. ⁊ dicimus, ꝙ omnis dictum est quoniam omnia circũpendit, ⁊ extra omnia est. nullus ꝟo eo quia in seipso nihil comprehendit. Amplius ꝟo dubitant quidam propter quid nõ opponitur huic dictioni nullus vnus. ⁊ dicimus, ꝙ singulare est vnus, veluti si dicat aliquis vnus sol, ⁊ vnus mũdus. ¶ Secundũ caput erat, quomodo negationes fiunt ex affirmationibus, ⁊ vt hoc fiat ma-

nifestum, precaccipiamus quatuor quasdam assumptiones extrinsecus. vnam quidem ꝙ hec dictio non addita facit negationem. Secundum ꝙ meliori parti propositionis oportet hanc addere. Tertium ꝙ melius ⁊ principalius est predicatum subiecto in qua propositione non est determinatio, si subiectum in existentiam accipit a predicato. melius ꝟo prebens accipiente, ⁊ ꝙ quidem subiectum materie rationem continet, predicatum ꝟo forme, ⁊ manifestum est ꝙ in quibus est determinatio in his principatum propositionis eẽ dicimus. ℂ His sic dictis, pꝫ ꝙ in quibus non est determinatio, predicato apponenda est hec dictio non, vt fiat negatio. Si ꝟo est determinatio, quoniam determinatio ⁊ predicato prestantior est. significat enim quo pacto insit, ⁊ ipsum predicatum subiecto, manifestum est ꝙ huic apponenda est negatiua particula non. Si ꝟo aliquis dicat propter quid non subiecto apponimus nõ, vt fit negatio, nõ Socrates ambulat. dicimus ad ipsum primum quidem, ꝙ meliori parti prepositionis necessarium est apponere non, vt proprie fiat negatio. Secunda ratio ꝙ negatio destruit id, quod affirmatio affirmauit. dicere ꝟo, ꝙ Socrates ambulat, nõ Socrates ambulat. vtraq; vera. possibile enim est Socrate nõ ambulãte, Alcibiadẽ deambulare. ℂ De numero ꝟo propositionum ꝙ erat tertium caput relinquitur disserere. Dicimus igitur, ꝙ propositionũ alique quidem sunt finite, aliquę ꝟo infinite. ⁊ finite quidem, vt homo albus, infinite ꝟo vt non homo albus. ⁊ finitarum aliquę quidem non determinate, quę sine determinatione sunt. aliquę ꝟo determinate sunt, vt omnis homo albus, quę igitur determinate sunt, aut vniuersali determinatione, vt omnis homo albus, aut particulari, vt aliquis homo albus. quę ꝟo indeterminate, aut finitę, aut singulares, finita quidem sepenumero dicta est. singulares ꝟo sunt, vt Socrates deambulat. Fiũt igitur in determinato subiecto quatuor affirmationes, sed postq̃ vnicuiq; affirmationi negatio opponitur, sunt ⁊ harum totidem negationes. ⁊ fiunt octo propositiones. similiter ⁊ in habentibus infinitum subiectum facies. indefinite enĩ vel indeterminate, vel determinate sunt. ⁊ si determinate sunt, vel vniuersales, vel particulares. si ꝟo indeterminate, aut infinite, aut singulare sunt. ⁊ tũc rursus fiunt altere affirmationes quatuor, vniuersalis, particularis, singularis, indefinita. harũ negationes quatuor, ⁊ fiunt octo propositiones. quę igitur determinatum habent subiectum, ⁊ quę infinitum simul introducunt sexdecim propositiones. ⁊ ipse fiunt in tribus temporibus preterito, presenti, ⁊ futuro, quadragintaocto propositiones. Et rursus ipse sm̃ tres materias necessariam contingentem ⁊ impossibilem fiunt centũ ⁊ quadraginta quatuor propositiones. oppositiones ꝟo septuaginta duo.

SECTVM SECVNDVM.



Quoniam autem res aliquę sunt vniuersales, ⁊ aliquę vero singulares. dico autẽ vniuersale quidẽ, ꝙ in pluribus aptum est predicari.



CVM demonstrauerimus in prefatio secundi secti dicta determinatio, ⁊ quot numero sunt. statim incipientes secundum sectũ quęrimus de dubitatione, quã mouerũt aliqui dicentes ꝓpter quid non quẽadmodũ in subiecto apponimus determinationes, apponamus ⁊ ipsas predicato, ⁊ fiãt bis determinate ꝓpositiones, vt omnis homo omne animal. quã dubitationẽ Aristoteles soluit destruens omnimodo tales ꝓpõnes. Debemus igiť querere, quot numero sunt tales propõnes. ⁊ amplius differentiam huiusmodi propositionum. ⁊ tertium propter quid improbat has ipse Aristoteles. Amplius ꝟo propter quam causam solam destruxit habentem hanc omnis determinationem in predicato, vt omnis homo omne animal. ⁊ reliquum vltimum dubitationes cõtra Aristotelẽ prolatas. ⁊ harũ solutiones. ℂ Incipiamus igitur a priori, sunt igitur ipse propositiones sexdecim numero. quatuor existentibus determinationib⁹ in vnaquaq; quatuor iacentes, vt in vno exerceamus orationem omnis homo omne animal, omnis homo nullum animal, omnis homo non omne animal, omnis homo aliquod animal. ecce hanc determinationem omnis cũ quatuor determinationibus accipiens inueni quatuor propositiones. sic igitur facies, ⁊ in istis indeterminationibus nullus ⁊ aliquis ⁊ non omnis vnumquodq; earum comparans ad quatuor, ⁊ fiunt omnes sexdecĩ. Differentia ꝟo ipsarum est, ꝙ hę quatuor semper vera sunt in omni materia, vt omnis homo nõ omne animal, ⁊ omnis homo nullum volatile, omnis homo non omne ambulans, aliquis homo non omne animal, aliquis homo nullũ volatile, aliquis homo non omne ambulans, nullus homo omne animal. ℂ Silr̃ ⁊ in impossibili ⁊ contingenti materia, sicuti non omnis homo omne animal, ⁊ in reliq̃s duabus materijs. quatuor ꝟo semper mentiuntur, vt omnis homo omne animal. ⁊ in impossibili ⁊ contingenti materia, similiter ⁊ nullus homo non omne animal. ⁊ in alijs duabus materijs similr̃. reliquę ꝟo octo ambiguę sunt. ambiguę ꝟo sunt penes subiectam materiam, vt in necessaria accepię, vt nullus homo omne animal. falsum enim aut in contingenti, vt nullus homo deambulat verũ enĩ, nullus enim aliquis significat. ⁊ in impossibili mã. aut verum dicunt, vel falsũ. ℂ Est ꝟo aliter dicere de semper falsis, ⁊ de semper veris in omni materia. falsa enim omnis homo omne animal. ⁊ aliquis homo omne animal. nullus homo oẽ animal. non omnis homo omne animal. ⁊ sunt quatuor. vere ꝟo his contrarię propositiones, vt omnis homo aliquod animal, nullus homo aliqđ animal, nullus enĩ aliquod significat. non omnis homo aliquod animal, ꝙ est magis verum: quęrimus igitur, propter quid omnes improbat, ⁊ interim de semper veris, aut falsis. dicimus ꝙ omnes iste propter seipsas, ⁊ non propter res verę sunt. aut falsę. veras autẽ igitur, quoniam non propter res verę sunt reprobat falsas ꝟo, qm̃ ꝑ ꝓpter mentiri turpe est. ℂ Reliquum est de ambiguis disserere, quoniã non propter seipsas, sed propter res, aut veras, aut falsas sm̃ hoc imitantes cõtradictiones determinatas. dicimus ꝙ per duas rationes easdem non admisit. aut propter hoc

quoniam eadem sunt cum habentibus vnam deter-
minationem. dicens eniz aliquis homo aliquod ani-
mal, hoc idem significat dicenti, aliquis homo ani-
mal. aut propter obscuritatem. Sępe enim quidez in
subiecto est aliquis hęc determinatio. prędicato vo
non omnis, ꝛ incertum est verum negatio sit propter
hanc determinationem non omnis. aut affirmatio
propter hanc determinationem aliquis. Propter qd
vo nō omnes improbat. sed solam omnis homo oē
animal. dicimus, ꝙ omnis ꝛ quātitate, ꝛ qualitate p-
stantior est reliquis. igitur vniuersaliori interempta
ꝛ pręstantiori. ꝛ reliquę interimuntur. amplius om-
nis interempto. ꝛ aliquis ex necessitate interimitur. ꝛ
nullus contrarius existens omni, si vo nullus, quo-
niam nō habet, cui opponatur, ꝛ huius particularis.

Dubitationes. ¶ Dubitāt vo quidā ꝓpter quas cāz destruit hanc
omnis homo omne animal. ecce eniz si dicimus om
nis homo omne risibile verum dicimus. Dicamus
igitur, ꝙ si omnis homo esset omne risibile, ꝛ vnus-
quisq̄ hominuz erit omne risibile. si vo hoc, erit So
crates omnes homines. quoniam omne risibile ostē
sus est esse. ¶ Amplius dubitant de hac ꝓpōne,
omnis homo est omnis scientię susceptiuus. vt exi-
stente vo, ꝛ habente duas determinationes. ꝛ dici-
mus ꝙ omnis non est determinatio, sed pars pręđi-
cati. quoniā si non est pars eiusdez inueniuntur duę
determinationes in prędicato, cōplico enim sic. om-
nis homo est omnis scientię susceptiuus. omnis sciē-
tię susceptiuum animal. istam enim dictionem, hoc
aliquid dicis esse, an determinationem aliquis: aut
diuersum, vt qōcunq̄ concedas inuenientur duo, ꝛ
data, ꝛ hoc omnis. qđ ostensum est esse impossibile.

¶ Quoniam autem sunt aliquę vniuersa-les res, aliquę vo singulares.

¶ Propositionum aliquę quidem sunt vniuersales,
sicuti omnis homo rationalis. aliquę vo particula-
res, vt aliquis homo albus. aliquę autez singulares,
vt Callias albus.

¶ Dico autem vniuersale quidem, quod de pluribus est aptum prędicari.

¶ Hoc dicit propter ęquiuoca, etenim ęquiuoca de
pluribus prędicantur. sed non sicuti determinatam
naturam habentia in nostro est arbitrio. sic prędica-
re canem de terrestri, de aquatico, ꝛ de cęlesti.

¶ Si quidem igitur vniuersaliter enūtia-uerit aliquis in vniuersali, ꝙ inest aliqd, aut non.

¶ Si quidem inquit in habentibus determinatū prę-
dicatum, ordinaueris vniuersales determinationes,
fiunt prępositiones cōtrarię. vt omnis homo albus,
nullus homo albus. cōtrarias vo vocat ipsas, eo qꝛ
plurimum inter se distant. ꝛ nunq̄ simul verum di-
cunt. falsum vo simul dicunt, ꝛ ꝓpter hoc imitantur
immediata contraria. aliquis eniz, ꝛ non omnis im-
mitantur mediata contraria eo ꝙ sub extremis con
trarijs sunt.

¶ Quando vo in vniuersalibus quidem, non vniuersaliter vo. hę quidez non sunt contraria.

¶ Quando igitur inquit sine prędeterminatione ac-
ceperis contradictorię opposita non sunt, sed viden
tur esse contraria. vt homo albus est. homo non al-
bus est. simul enim verę sunt hęc. istud eniz albus in
lacte, non albus vo in ęthiope. albus vo, ꝛ non al-
bus contrarietatem manifestant.

¶ In prędicato vo vniuersali, vniuersali-ter prędicare non est verum.

¶ Hinc incipit improbare propositiones his prędę-
terminatas. Sciendũ autem, ꝙ tria quędam volunt
esse, vt fiat contrarietas. subiectum susceptiuum con
trariorum. prędicatum ꝯriuz. ꝛ immediata ꝯrietas.

¶ Opponi quidem affirmationem nega-tioni dico contradictorię.

¶ Quoniam diuisimus subiectuz in vniuersale, ꝛ in
singulare. ꝛ vniuersale in vniuersale cum vniuersali,
vt omnis homo ambulat. ꝛ in vniuersale nō vniuer-
saliter, vt non omnis homo ambulat. homine enim
vniuersale existente, nō omnis prędeterminatio nō
est vniuersalis. ꝛ in vniuersale cum particulari. vt ali
quis homo deambulat. ꝛ accusauimus vitiosaz diui-
sionē prędicati. ¶ Veniamus ꝙ superest ad ꝯtradi-
ctiones. dicamus igitur, ꝙ contradictorię opponun
tur quęcūq̄ diuidunt veruz semper a falso, sicuti an-
gulares, omnis, non omnis. aliquis nullus. contrarię
vo opponuntur. quę nequaquam simul verū dicūt.
simul vo falsum dicunt, vt omnis ꝛ nullus. in nulla
enim materia verum simul dicunt. falsum vo simul
dicunt in contingēti. aliquis vo ꝛ non omnis. simul
verum dicunt semper in hac materia. vt in contingē
ti. vt aliquis homo deambulat. ꝛ nō homo deambu-
lat. contradictorię vo oppositę semper diuidunt ve-
rum a falso in omni materia. quare ꝛ opponunt his
similes sunt ꝛ singulares. hę enim semper diuidunt
verum a falso in omni materia. Indeterminatę vo
simul verum dicunt. vt homo deambulat homo nō
deambulat. quare ꝛ videntur nihil aduersari. quęri-
mus igitur, ꝛ de hijs quibus equiualent. ꝛ est cōmu-
nis ascensus Platonicorum ꝛ Peripateticoruz, ꝙ in-
definita affirmatio. vt homo deambulat, particulari
prędeterminatę sit equiualens. vt aliquis homo de-
ambulat. ¶ Vt vo h cognoscamus, videamus, qui
sunt communes ipsorum consensus. sunt igitur tres.
vnus quidem, ꝙ indefinita propositio rationem ma
terię continet. sicuti enim materia est omniū forma-
rum susceptiua. sic ꝛ hęc omnium determinationuz.
Scđs vo, ꝙ materia peioꝝ specierum est susceptiua.
non enim angelice. species enim aut melior quam in
corporibus, aut peior quam in his, quę in corporibꝰ
sunt. Tertium ꝙ peiorem ꝓpositionem sequitur cō
clusio. quoniam igitur materię rationez continet. in-
definita suscipit prędeterminationes. sed postq̄ ma-
teria peiorum est specieruz susceptiua, necesse est par
ticularem affirmationem accipere. vt materiam peio
rem prędeterminationez. quoniam peior est vniuer-
sali. De negatiua vo indefinita quęritur. cui nam
equiualet hęc. homo non deambulat. vtrū vniuersa-
li negationi ꝓdeterminatę. an particulari negationi,
vt Platonici quidē dicunt hanc vniuersali negationi
sic dicentes ꝙ nullus perfectam non inherentiaz in-
troducit. non omnis vo aliquam quidez inherentiā
introducit. aliquam vo non. si igitur peiorem quęri-
mus ipsi adiungere ꝓdeterminationez. peior vo est,
quę omnino

quę omnino non inherentiam introducit. qualis est nullus, qui facit vniuersalem negationem. ęquiualebit igit vniuersali negationi. ¶ Amplius dicūt, ꝙ & ipse Aristoteles nouit indefinitam negationez vniuersali ęquiualentem, quum dixit non est sensus vltra quinque sensus. & non est motus preter ea quę mouentur. Amplius & Poeta dicit non bonum multitudo principatuum. & comici non est inuenire domuz sine malo. & tragici non est mortalium aliquis, qui sit liber. contra quos instant Peripatetici. Primuz quidem, si cōmune vtrisq; est non esse negatiuę vniuersali, & particulari pdeterminatę. deterior ꝟo est particularis vniuersali. minori scilicet & peiori ęquiualebit indefinita negatio, quę est particularis negatiua. Amplius, quomodo dicitis Aristotelez dixisse, nō est sensus vltra quinque, & motus vltra quę mota sunt. & Poetam non bonum multitudo principatuū, & quę sequunt. quę apposuistis dicere errantes, verū in impossibili materia vel contingenti. & si quidez in impossibili materia. vt ꝙ impossibile ē habitare domum sine malo. aut bonum esse multitudinem principatuum. impossibile. Primū quidez cōmuniter cōfitemur, ꝙ in impossibili materia non omnis pręde terminatio ęquiualet huic nullus. vt in hac, non omnis homo lapis, ꝙ quidē est nullus. Si igitur dicetis ęquiualere, vt in impossibili materia pręderterminatam negationem vniuersalem huic indefinita negationi, quoniam particularis negatiua determinatę ęquiualet huic vniuersali negatiuę, habemus quęsitum. si ꝟo, vt contingentem acceperunt hanc dictionem nullus antiquiores quorū testimonia adducit, inuenietur nullus in contingenti materia verum dicens, ꝙ est impossibile. ostensum enim est, ꝙ nequaquam verum dicit in hac materia. Amplius dicunt Peripatetici, ꝙ confitentur cōmuniter, ꝙ peiorem propositionum sequitur cōclusio. si quidem fuerint propositiones vniuersales, & particulares, particularem sequitur. Si ꝟo duę vniuersales. negatiua quidē negatiuam, affirmatiua affirmatiuaz. Si ꝟo hęc quidem vniuersalis negatiua. illa ꝟo particularis affirmatiua, particularem. Complicamus igitur talez syllogismū. est homo iustus, nullus iustus iniustus est, homo igitur iniustus nō est. ecce indeterminata, quę est conclusio, quę est homo iniustus nō est, particularem sequuta est. facta est enim particularis negatiua. Dicunt igitur Platonici, ꝙ ex necessitate contingit hęc conclusio, quoniam determinatas accipiebatis propositiones. & ex hoc particularis conclusio negatiua sequuta est. dicit, si eniz acceperitis omnes indeterminatas incertuz est, quid sit consequens. vt est homo iustus, iustus iniustus non est. homo igit iniustus non est. Hos igitur in cōcordiā adduxit Amonius magnus philosophus, dicens ꝙ & Platonici & Peripatetici simul verum dicunt. si enim non negationez ordinaueris subiecto in indeterminata ęquiualet vniuersali negatiuę determinatę, dictum est enim ꝙ affirmatio indeterminata ęquiualet particulari affirmatiuę huic aliquis homo deambulat. si igitur huic aliquis ordinaueris nō, facies hanc non aliquis homo deambulat. quę quidez οὔτις apud poetas significat nullus. & fit nullus homo deambulat, quemadmodum dicebant Platonici. si ꝟo pędicato adiunxeris. non facies particularem negatiuaz. vt aliquis homo non deambulat. dictum est enim ꝙ hęc aliquis homo deambulat, ęquiualet huic indefinitę affirmationi. ¶ Quidā ꝟo dicūt, ꝙ nō bene iudicauit Amonius, si subiecto ordinemus non negationē. vt in hac non homo deambulat. non amplius erit negatio vniuersalis, sed affirmatio ex infinito subiecto. Nos igitur ostendemus non dissonantes quo ad fieri potest Platonicos & Peripateticos esse. dicimus igitur, ꝙ Platonici naturam rerum considerantes dicebant ęquiualere vniuersali negationi indeterminatam negationem, quoniam prefectam nō inexistentiaz induxit. Aristotelici ꝟo dialectico methodo considerantes, dicebant non negationem potiori oportere addere, quod est pędicatuz. & hinc fit particularis negatio. cui etiam ęquiualet.

¶ **Opponi quidē igitur affirmationez negationi dico, contradictorię. & reliqua.**

¶ Dico opponi contradictorię huic, omnis homo albus, non omnis homo albus. & huic nullus homo albus. aliquis homo albus. vniuersaliter igitur dico significat omnis homo albus, non vniuersaliter nō omnis homo albus. ppter ꝙ non omnis nō est vniuersaliter, & si homo vniuersale significat.

¶ **Quęcūq; igitur cōtradictiones vniuersalium sunt vniuersales.**

¶ Loco huius quęcunq; sunt contradictiones, horū partes verum habere, & falsum. propter quid ꝟo dixit ipsas vniuersales. quoniam contradictio hꝫ partes vniuersales, & particulares. vt aliquis homo deambulat, nullus homo deambulat, omnis homo deambulat, non omnis homo deambulat. ex principaliori igitur vocem dixit.

¶ **Et quęcūq; in singularibus.**

¶ Differt autem singulare a particulari, ꝙ quidem particulare ab vniuersali procedit. Singulare ꝟo circa indiuidua dicitur. vt ꝟo breuiter dicaz, ꝙ particularia fiēt vniuersali determinationez accipiente particularē, vt aliquis homo deambulat. singulare ꝟo, vt Socrates deambulat.

¶ **Quęcunq; ꝟo in vniuersali quidē non vniuersaliter ꝟo.**

¶ Quoniam, & ipsę in aliqua materia diuidunt verū & falsum. est ꝟo ipsi sermo de indefinitis quas vniuersales non vniuersaliter vocat. In contingēti eniz materia simul verum dicunt. vniuersales quidez vocat ipsas. quoniam hēt homo subiectum, ꝙ est vniuersale. non vniuersaliter ꝟo, quoniam non hꝫ omnis determinationem. quę est vniuersalis.

¶ **Si eniz turpis, & non pulcher. & si generetur aliquid, & non est.**

¶ Hic ostendit p duos syllogismos ab his, quę sunt & generantur. ꝙ simul verum dicunt. si enim cum sit homo malus homo nō bonus, rursus ab his, quę generantur. si existēte homine fit homo, qui ꝟo fit nō est, homine existente homo non est.

¶ **Videbitur ꝟo vtiq; statim esse inconueniens.**

¶ Pro hoc quis arbitratus fuerit aliqs audiēs, ꝙ nō est hō albus. qm̄ nullus est hō albus. nō tn̄ hoc sic se habet, hęc quidē vniuersalis est negatiua & determi-

nata est. hęc ꝟo neqꝫ vniuersalis neqꝫ determinata. quo circa non idem significant.

ℭ Manifestum ꝟo est, ꝙ ꝛ vna negatio vnius affirmationis est.

ℭ Quum disputauerimus de infinita negatione, cui nam ęquiualet, accedamus ꝛ ad contrarias ꝓpositiones. ꝛ ꝑmũ addiscamus, an vna negatio vni affirmationi opponiť, aut plures vni. Qđ ꝟo vna negatio vni affirmationi opponatur, pręaccipit tria quędam corrolaria. quorum quidem primuꝫ est naturalis dignitas. quia natura iuste ꝛ incorrupte ministrat ea, q̃ sunt hic. si igitur plura vni cõcesserit opponi, iniusta esset non ęquiualentia faciens opposita. post hoc, si plures inquit negationes vni affirmationi opponũtur. hęc plures aut vnũ significãt, aut plura. ꝛ si vnũ. rursus vna vni opponitur, plures enim idem significant. si ꝟo plura, quia negatio destruere vult, ꝙ affirmauit affirmatio. iste autẽ plura significant, ꝛ omnimodo diuersa ab his, quę affirmauit affirmatio neqꝫ contradictionem faciunt. si ꝟo hoc, neqꝫ negationes sunt vnius affirmationis. Postea vltra hęc dicit tunc multas fieri propositiones, quando aut subiectus aut prędicatus terminus sunt ęquiuoci. ꝛ in subiecto quidem. vt Aiax solus pugnauit cum Hectore, Aiax enim introducit ꝛ Locrensem ꝛ Thelamonium. In prędicato ꝟo, vt Socrates moueť. quoniam enim motus sex modis dicitur. aut enim generatio, aut corruptio, aut augmentatio, aut diminutio, aut alteratio, aut ꝺm locum mutatio. incertuꝫ est quali moueať motu. ℭ Scđꝫ caput, ꝙ in propositione, aut vnum de vno pręedicatur. aut multa de multis. aut vnũ de pluribus. aut plura de vno, ꝛ vnũ de vno. vt Socrates deambulat. vnuꝫ de pluribꝰ, vt canis moueť, canis enim plura significat, ꝛ terrestrẽ, ꝛ aquaticũ, ꝛ cęlestẽ, ꝛ Phm, moueť ꝟo vnũ. plura de multis, vt Aiax ꝛ Vlisses ꝛ Achilles castrametati sũt ad Iliũ, ꝛ obsiderũt Troianos, ꝛ acceperũt Helenã. plura de vno, vt Socrates moueť, moueť enim plura significat, aut enim ambulat, aut scribit, aut legit, aut currit, aut ꝺm etatem staturam augmentationem suscipit, aut coit, aut circũuoluitur, aut trahitur, aut impellitur. ℭ Tertiũ caput ideꝫ existens cuꝫ secundo paruam ꝟo elaborationeꝫ habens est hoc in propositione, aut nomine ꝛ re plura significanť, aut nomine quidem vnum significant, re ꝟo plura. aut re quidem vnum, nomine ꝟo plura. aut ꝛ nomine ꝛ re quidem vnum, vt Socrates ambulat. aut nomine quidem vnum, re ꝟo plura, vt canis mouetur. ecce enim canis vnum nomen, mouetur ꝟo plures res. incertum enim est quali motu. aut nomine quidem plura, re ꝟo vnum, vt animal rationale mortale deambulat. aut plura ꝛ nomie ꝛ re, vt Plato ꝛ Alcibiades deambulant ꝛ disputãt. est igiť inuenire Aristotelẽ dicentẽ diffinitiones quidem ꝓpterea ꝙ ad constitutionẽ vnius rei accipiuntur proprie vnuꝫ significare. significãtes aũt vnuꝫ orationẽ coniunctione, non proprię sed apparenter vnuꝫ significare. In dissolutas ꝟo quando non, vt diffinitiones accipiuntur multas significare.

ℭ Si ꝟo aliquid aliud, aut ab alio idem.

ℭ Existente. vꝫ subiecto, ꝛ pręedicato negatio vna est ꝺm vnãquãqꝫ oppositionẽ, ne ꝟo aliquis arbitrari possit ꝙ affirmationi duę negationes opponuntur, vt omnis homo animal, non omnis homo animal, ꝛ nullus homo animal. ꝓpter hoc dixit ꝺm vnamquãqꝫ oppositionem hęc quidem enim cõtrarię opponitur. illa ꝟo contradictorię.

ℭ Vna ꝟo est affirmatio aut negatio, vnũ de vno significans.

ℭ Hoc dixit ꝓpter ęquiuoca, si albũ vnũ significat, ꝙ hoc qꝛ si acc. ptũ sit subiectuꝫ. aut pręedicatũ duos significans, tot ꝛ erunt propositiones. Si eniꝫ tunica nomen fuerit posituꝫ homini ꝛ equo. ꝛ dicens est tunicã albã, nihil aliud quam homineꝫ ꝛ equum dicet album esse.

ℭ Aut plura, aut nihil significat.

ℭ Hoc dixit rursus ꝑꝑ ęquiuoca. qm̃ illa plura significantia non permittũt hanc quidem veram, illã ꝟo falsaꝫ. ꝓpositio eniꝫ aut vnũ significat. vt in hac Socrates deambulat. aut plura, vt i hac est tunica alba. hęc enim ꝛ ꝙ est homo albus, ꝛ ꝙ est equus albus significat. sed quideꝫ incõueniens est dicere qđ nihil significat. plura igiť significat, quę dicit est alba tunica. Sciendũ ꝟo ꝙ ꝑꝑ hoc posuit tunicaꝫ in homine, ꝛ equo vt ostenderet ꝙ non natura nomina.

ℭ In his igitur q̃ sunt, aut facta sunt necesse est affirmationẽ aut negationem esse.

ℭ Tria quędã vult nos docere, quoꝝ quidẽ primuꝫ est, ꝙ si subiectus terminus teneat vniuersaleꝫ determinationẽ. pręedicatus ꝟo significet presens, aut ꝑteritũ fit discrimen veri ꝛ falsi in cõtradictione. Similiter ꝟo ꝛ si particulare determinationeꝫ hñt ꝓpositiones, ꝛ si sint singulares, ꝛ si indeterminata. Si ꝟo ꝑdicatus significet pñs, aut ꝑteritum. tunc contradictio dicit verum ꝛ falsum. si ꝟo subiectuꝫ singulare susceptum sit. ꝛ pręedicatũ significet futurum tẽpus. ꝛ sit materia cõtingens. tunc non fit determinata separatio veri ꝛ falsi. oportet igitur scire pro his, quę superius dicta sunt, ꝙ in necessaria, aut in impossibili materia, contingens enim * infinita ꝛ non diuidens verum ꝛ falsum * de ꝯtingẽti mã est nobis sermo. ℭ Videamus si alii qui omnino sunt destruentes contingens, fuerũt igitur aliqui qui destruxerunt contingens, sic dicentes. si ꝙ nõ est in nobis, non in nobis est. sicuti autem se habet oppositum, sic se habet ꝛ oppositũ. ꝛ qđ est in nobis in nobis erit. quos arguentes dicimus. ꝙ licet ꝛ nobis contrariuꝫ introduxisse dicentibus. si quod in nobis est, est in nobis, sicuti ꝟo se hꝫ oppositum. sic se habebit ꝛ oppositũ. ꝛ ꝙ nõ in nobis non in nobis erit. in alijs ꝟo inueni sic ꝓpositioneꝫ. si oppositũ eius qđ est in nobis nõ est in nobis, neqꝫ ipsuꝫ qđ est in nobis non est in nobis. vt si non respirare nõ est in nobis, sꝫ natura neqꝫ respirare Rursus, si non ridere nõ est in nobis, neqꝫ ridere est in nobis. quãuis non sumus risibiles. sed in non semper ridendo ꝺm hoc neqꝫ qđ est in nobis in nobis est, sed ꝺm euẽtum rerum. quos redarguentes dicimus, ꝙ id quod in nobis est duplex, est similitudo ꝟo ꝛ id qđ nõ est in nobis. hoc quidẽ ꝺm potentiã. illud ꝟo ꝺm actũ, vt in nobis quideꝫ ductis rõne discurrere. ꝛ hoc ꝺm agere. nõ in nobis ꝟo, est non esse rationales. similiť ꝛ in ridendo non habeo ex necessitate hanc potentiam.

Ita iacet etiã in greco.

tiam. ⁊ est eorum, quę non sunt in nobis. vt vo operans, ridere est eorum quę sunt in nobis. hoc igitur in nobis, ⁊ non in nobis est accipere. ⁊ sicuti necessaria ⁊ sicuti contingentia. ¶ Scdm ipsorum argumentum est, vtrum deus sciuit futurum, aut non sciuit. ꝙ quidem nesciat dicere homini absurditate plenum est. ⁊ si sciuit, aut determinata sciuit, aut indeterminata. determinate scilicet. ⁊ si determinate sciuit. igitur vt futurum fieri sciuit, sm hoc nihil differt a nobis. Nos igitur dicimus ad hoc, ꝙ sciuit hoc futurum, ⁊ sciuit determinate, non quia sciuit, propter hoc fit, sed quia fit, propter hoc sciuit. nos enim liberos fecit, ⁊ si sciuit tanquam nobis facturis. hoc ⁊ in vaticinantibus. si ergo dubitauerit obuiandū. ¶ Tertiū argumentū est ab actione, si metes non forte quidē metes, forte vo nō metes, sed omnino mentes. ad quos dicemus, ꝙ hanc suppositionum necessariam accepistis, quare ⁊ contingit necessariam conclusionem fieri. Aristoteles quidem ponit opiniones negantium contingens. ⁊ sic ex ipsis ipsos redarguit. ¶ Est igitur primū argumentum hoc ꝙ veritatem orationum sequitur existētia rerum. ⁊ existentiam rerum veritas orationū. Similiter vo, ⁊ falsitatem orationum non existentia rerum. ⁊ rerum non existentiam falsę orationes. dicit igitur, ⁊ contradictionē, vt ex ipsis sic diuidēdum sit. oppositio aut sm totam seipsam verum dicit, ⁊ necessariū facit. aut sm totam seipsam mentitur, ⁊ facit impossibile. aut partes eiusdem verum dicunt ⁊ mentiuntur. ⁊ verum quidem dicenti concedimus necessarium, mētienti autem impossibile, quare non amplius est contingēs. Dicimus igitur ad hoc, ꝙ non sm totam seipsam verum dicit, eo quia destruimus naturā contradictionis. est enim cōtradictio pugna affirmationis ⁊ negationis diuidens semper verum a falso. non cōcedentes vo, ꝙ hęc pars verum dicat, aut hęc omnino mentiatur determinate, sed sic indefinita dicentes, ꝙ suscipiunt eiusdem partes ⁊ verum ⁊ falsum. vt Socrates lauabitur, Socrates non lauabitur. possibile est vtraque mentiri, ⁊ verum dicere, donec quidē lauabitur verū dicere, donec vo non lauabitur mentiri. ¶ Scdm argumentū est, ꝙ ex illis, q̄ dicimus nō eueniunt. hęc pędicentes euentura esse verum dicimus. ⁊ si hęc pędicentes euentura esse verum dicimus. quę pędicimus euentura esse hęc omnino euenit. Dicimus igitur ad hoc, ꝙ necessarium triplici-

Necessarium triplicatur. ter capitur. aut simpliciter, vt necessarium est deum esse iustum. vel donec fuerit subiectum, vt necessarium est Socratem respirare. vel donec fuerit pędicatum, vt necessarium est Socratem lauari. isti igitur vt in toto acceperunt argm, ꝙ posse est Socratem lauari ⁊ nō lauari. Sciendum enim, ꝙ contingens tripliciter capi-

Contingens triplicatur. tur. aut vt in pluribus, vt ars ⁊ nā, in quibus magis verum dicit affirmatio quam negatio. vt erit omnis homo quinquedigitus, ⁊ est natura hoc ꝙ ⁊ accipiens ars imitatur naturā. si enim non esset vt in pluribus ars diceretur vtique inertia. si vo vt in paucioribus diceretur vtique vana ars, ⁊ non ars. dicitur vo contingens, ⁊ ex equo. vt quę sm nos aut mouebor, aut nō mouebor, deliberabo aut non deliberabo. dicitur ⁊ non in paucioribus, vt casus ⁊ fortuna, ꝙ quidē enim est pęeligibile fortuna hoc vo non pęeligibile casus. Si enim aliquis fodiens puteum thesaurum inueniet, dicitur sm fortunam incidisse. ⁊ equus in pęlio sciuens ⁊ ad bibendum accedens in recessu seruatus fuit. Casus vo, vt quādo lapis cadens paratam cathedrā fecit volenti sedere. ¶ Tertium argumētū. vt ex nobis destruens propositum ipsorum ⁊ rationes, destructo enim proposito ⁊ eiusdem rationes destruūtur, non tamen econtrario sicuti enim rethores introducunt testimonia falsa ⁊ hęc destructa non sustulerunt rem, sic neque rationibus destructis necesse est propositū destrui. Dicimus igitur sic, si omnis ex necessitate frustra est consultare. si enim omnia necessaria omnia determinata. ⁊ si frustra cōsultare omnia infinita. quare consequitur ratione omnia ⁊ definita ⁊ infinita, ꝙ est inconueniens. Rursus dicimus, si quidem omnia ex necessitate sunt, vanum laborem naturę anuntiamus. ipsam quidem nihil facere, necesse est omnia fieri. Accedamus igitur ad textum, ⁊ ostēdamus in vnoquoque loco pęconsiderata argumenta, quum dixit.

¶ Si enim omnis affirmatio, aut negatio vera, aut falsa.

¶ Tali vtitur syllogismo, si quēadmodum in pęsenti ⁊ in pęterito. sic ⁊ in futuro vera esset, aut falsa affirmatio, aut negatio. ex necessitate omnia, quę generantur generarētur. hoc vo sequitur nihil a fortuna, aut contingenter fieri. ¶ Sciendū vo, ꝙ futurum in futuro ꝓprie, ⁊ in finito accipit Aristoteles. futurum vo in eo ꝙ omnino generatur. dicens igitur, si enim omnis affirmatio, aut negatio vera, aut falsa. vtraque enim non insunt simul in huiusmodi. ostendit ꝙ in futuris non est possibile contradictionem verū, aut falsum significare. quemadmodum in indefinitis, ⁊ particularibus definitis, quum dixit.

¶ Si enim verum est dicere, ꝙ album, aut ꝙ non album est. ⁊ quę deinceps.

¶ Significauit quatuor, ꝙ veritatem orationum sequitur in existentia rerum, ⁊ reliqua superius dicta dicens.

¶ Nihil igitur neque est, neque fit, neque a fortuna.

¶ Et deinceps manifestauit de contingenti, ꝙ tripliciter dicitur. dicit igitur a fortuna, vt ꝙ in paucioribus. a natura vo, vt in pluribus. ꝙ vo ad vtrolibet euenit, ex equo dicens.

¶ Amplius, si est album nunc, verum erat dicere prius, ꝙ erit album.

¶ Manifestauit scdm argumentum, dicens, quę nunc eueniunt ⁊ reliqua. quare ex hoc manifestius intelliges. si enim est, ⁊ erit. ⁊ si erit, patet ꝙ est, quum dicit.

¶ Attamen, neque vt neutrum contingit verum dicere. ⁊ quę deinceps.

¶ Ostendit, ꝙ non oportet nos ostēdere partes determinate contradictionis in contingenti ⁊ futuro, aut verum, aut falsum significare. videmus enim ꝙ affirmatione existente falsa, ⁊ negatio falsa, ⁊ cōtra.

¶ Si vo, neque erit, neque non erit in crastinum non vtique fuerit ad vtrūlibet.

¶ Vt si non est Socratem dicere, ꝙ cras lauabitur, aut non lauabitur non est contingens, si vo verum est di-

cere, ꝙ lauabitur, aut non est contingens.

¶ Que autē inconuenientia accidunt sunt hec. ⁊ alia huiusmodi.

¶ Hinc aggressus est ad interimendum propositum ipsorum, ⁊ rationes ipsius. dicit igitur tertium syllogismum supradictum, si omnia ex necessitate frustra esset consultare.

¶ Quoniam si quidem hoc faciemus, erit hoc.

¶ Pro hoc, si consuluerimus possimus cognoscere in qua parte loci plura sint bona, vt magis hec eligamus. Si ꝟo omnia ex necessitate, non amplius nos continget bono occurrere, sed necessitati seruire. qua de re, si peccauerimus necessario non sponte errauerimus. si igitur frustra ꝯsultare, nihil differimus ab animalibus irrationalibus. ⁊ si enim in habendo consultandi facultatem differimus ab ipsis, saltem in consulendo, frustra nihil ab ipsis differimus.

¶ Nihil enim prohibet, ⁊ in decem milia annorum hunc, quidem affirmare.

¶ Quum ostenderit quinque inconuenientia accidentia non confitentibus contingens, sunt ꝟo hec frustra consultare. vanum laborem nature enuntiasse. nihil nos differre ab animalibus irrationalibus. omnem vitam interimere. omnia diffinita esse. reliquum procedit oratio. ⁊ ad destructionem dicentium contingens non esse. ne enim discipuli audiētes Aristotelem fauentem ipsis, tanq̄ proponentem ipsorum argumenta existiment funditus ipsorum dogmata destruit per reflexiones aduersus ipsos. ¶ Est igitur primum argumentum ad ipsos tale. quorum non est aptitudo oppositorum, hec sunt necessaria. ⁊ quorum est aptitudo oppositorum, hec sunt contingentia. ⁊ nō est vltra hec. vt ignis habet necessarium calorē, propter ꝙ nō habet frigoris aptitudinem. lauari ꝟo Socratem habet, ⁊ non lauari. ⁊ vocatur hoc contingēs. ¶ Scdm argumētum, necessaria quadrupliciter dicuntur. aut simpliciter, idem proprie ⁊ absolute, vt in his que sunt aut futura sunt, aut sm suppositum: ⁊ sm suppositum est duplex. aut donec fuerit subiectum, aut donec fuerit predicatum, dicens igitur ipsos, que nūc eueniunt pdicentes hec euentura esse verū dicimus. si dicētes euētura eē verū dicimus. q̄ nunc eueniunt, hec oino eueniūt, ignorauerūt qd necessariū dr, ⁊ vt futurū, ⁊ vt simplr. in dicendo enim, q̄ nunc eueniunt saltem simpliciter necessarium acceperunt, per hoc ꝙ est necessarium sm quid, in predicando ꝟo hec euentura esse futurum necessarium acceperunt. ⁊ de hoc licet dicere, ꝙ necessarium non possibile est esse sine rerum euentu. si enim euenirent res, ⁊ hoc simpliciter necessarium, ꝙ enim est, necessarium est, ꝙ ꝟo futurum est indefinitū, ⁊ nō necessariū. ¶ Tertium argumentum est contradictio neq̄ sm totam seipsam verum dicit, neq̄ sm totam seipsam mentitur ne dignitas contradictionis destruatur, ⁊ ne ex hoc omnia fiant necessaria. aut omnia impossibilia, neq̄ ꝟo in parte verum dicit, ⁊ determinate mentitur. orationes enim aut vere, aut false. ⁊ aut finite, aut indefinite. ⁊ si sunt vere ⁊ diffinite, ⁊ res ⁊ diffinite ⁊ vere. Si enim res vere ⁊ finite scilicet ⁊ circa easdem rationes. si ꝟo res vere ⁊ infinite res, ⁊ orationes vere ⁊ infinite. quare sunt vere ⁊ diffinite necessarie res. vere ꝟo ⁊ infinite contingentes. ad euētum enim rerum, aut simul verum dicunt cum ipsis, aut simul falsum dicunt rationes. orationes enim, vt effectus rerum, ⁊ non cause generationis earum sequunt̄ enim orationes res, etenim possibile est nobis silētibus euenire res. quare si quidem dicunt aut esse, aut non esse contra dictionem preter hoc, aut erunt, aut nō erunt res. Sciendum enim ꝙ orationes sunt signa rerum, ⁊ non cause. signum ignis hoc est calefacere, ⁊ nos comburere. causa ꝟo in ipso est caliditas.

¶ Nihil enim prohibet, ⁊ in millesimum annum hunc quidem dicere, hoc esse futurum.

¶ Quum locutus fuerit superius, ⁊ predicentes euētura esse verum dicimus. ostendit, ꝙ in preterito ipsum acceperat. dicit igitur, ꝙ preteritum nihil ledit post millesimum annum dicere ipsum preteritū fuisse. dicit igitur ad idem argumentū, ꝙ necessaria non simpliciter necessaria, sed secuti futuro. si enim dixeritis, ꝙ hec predicentes euentura esse verū dicimus, fecistis futurum necessarium. hoc ꝟo futurum tam non necessarium. non igitur, ꝙ fit ex necessitate est dicere ante euentum rerum.

¶ At ꝟo, neq̄ hoc differt, si quidam dicūt contradictionem. aut non dicunt.

crates contingenter iustus est, compositionem quādam significauit. Rursus Socrates necessario respiret, ⁊ hęc quidē de ordine. ¶ De mō vero quid sit dicemus, ꝙ modus est vox significās quomodo se habet prędicatum ad subiectū. ⁊ dicunt quidam sic est modus significans quomodo se habet prędicatū ad subiectum, in quo differt a determinatione, etenim determinatio significat prędicatum quomodo se habet ad subiectū. dicimus igitur ad ipsos ꝙ determinatio quātitatē propositionis significat, modus vero formam ipsius, ⁊ proprie qualitatem significat, propositionis. si vero aliquis dicat, ꝙ adiacens qualitatē significat, similiter ⁊ determinatio. dicimus ad hūc, ꝙ si qualitatē nudā manifestant, igitur non formā cum enim sit modalis propositio materię rationem continens quęcūq; sunt in propositione cum adiacēte, modus quidē formę, nobilior vero forma materia. ¶ Tertiū quęrimus quot sunt modi, ⁊ dicimus ꝙ infiniti, quęcūq; enim sunt qualitatem manifestātia aduerbia totidem sunt etiam modi, vt pulchre sapiēter bene ⁊ male, ⁊ reliqua. ꝙ vero hęc sicuti singularia sunt ⁊ accidentia manifestum est. tres enim sunt modi, substantiales, necessarius contingens ⁊ impossibilis, quēadmodum si quis dicit omnem scientiā substantialem esse, grāmaticam vero per seipsam singularem, etenim dicimus omnem hominem omnis sciētię susceptiuum esse necessario. substantiale enim est homini susceptiuum esse omnis scientię. per accidēs vero vt Socrates necessario grāmaticus, cōtingit enim aliam quandam scientiam scire. ¶ Quartum est dicens in quo differt modus a materia. etenim materia ⁊ necessaria est ⁊ contingens ⁊ impossibilis. dicimus igitur, ꝙ non possibile est propositionem sine materia esse. sine vero modo possibile. rursus materia in solo intellectu cognoscitur, vt omnis homo rationalis, ⁊ intelligit aliqs ꝙ necessario. modus vero in prolatione orationis cognoscitur, vt Socrates necessario respirat, Socrates cōtingēter ambulat. Amplius materia in ipsa natura rerū, quę sunt in propositione speculatur. omnino enim necesse est prędicatum vel semper inesse subiecto, aut nequaquā vel aliquādo quidem, aliquando vero non. modus vero in ipsa pronuntiatione solum essentiā habere dicimus, eo quia accidit propositionem iusta materiam veram existentem per modum mentiri, vt sol mouetur verū, sol quidē mouetur contingenter falsū. ¶ Quintum est ꝙ inesse non est modus, vt enim dicit Ammonius in cōmentario, ꝙ si erat modus inesse inueniretur vtiq; modus modi manifestatiuus, ꝙ est inconueniens. dicimus igitur, ꝙ Socrati contingenter ambulare inest, si erat igitur idem modus inesse erat vtiq; modus modi prędicatus. vt rursus si erat idē modus inesse defectuose vtiq; se habebunt duę tractationes Aristotelis, liber de interpretatione ⁊ prima resolutoria. dixit enim in his ipsis propositiones modales, pretermisit vero propositiones de inesse. ¶ Sextum erat, ꝙ non idē modus ⁊ solū, solūmodo enim a solo transformato possibile est modum esse, solum vero non possibile, eo quia solum adiacēs est, vt omnis homo scientię susceptiuus solum. rursus solam contradictionem manifestat, in dicendo enim solus homo est scientię susceptiuus. ostendisti ꝙ soli homini inest, ⁊ nulli alij preter hominē. quęrimus igitur de solo si suscipit affirmationem ⁊ negationem, qualem affirmationē ⁊ qualem negationē suscipiat. dicimus igitur ꝙ semper vniuersalē negationem, affirmationē vero particularem, ⁊ vniuersalem. particularem quidē, vt quando dico Socrates philosophus, solus. ¶ Septimū erat quomodo negationes cū mō ex affirmationibus fiunt. dicamus igitur, ꝙ negationes modales fiunt vniuersales destructo modo, ⁊ si determinata fuerit negatio, ⁊ si adiacens habeat. semper enim potiori parte destructa fit negatio. potior vero modus alijs omnibus quatenus vt forma, alia vero omnia materię rationem continent. ¶ Octauū erat quęrere numerū ꝑpositionum modaliū. dicamus igitur, ꝙ ex subiecto ⁊ prędicato ꝑpositione aut vtraq; sunt determinatę, aut vtraq; indefinitę, aut hęc quidem definita, illa vero indefinita, ⁊ hoc econtrario. fiunt igitur quatuor genera, sunt vero ex tertio adiacente ⁊ modo eodem modo. aut tria determinata, ⁊ vnum indefinitum, aut vnum determinatum ⁊ tria indefinita, aut duo determinata ⁊ duo indefinita, ⁊ econuerso. Fiunt igitur alię octo vt sint duodecim, ipse enim duodecim in quatuor in vniuersales cum vniuersali, ⁊ in singularem ⁊ in vniuersalem non vniuersaliter, ⁊ in vniuersalem cū particulari determinatione ⁊ fiunt. 48. ⁊ istę. 48. in tria tempora fiunt. 144. ⁊ istę. 144. in tres materias fiunt. 432. ⁊ istę in tres modos fiunt 1296. propositiones modales. si vero vis omnes propositiōes scire adde ipsis. 72. ex subiecto ⁊ pdicato contradictiones fiunt. 1368. addens his. 144. ex tertio adiacente, ⁊ fiunt omnes contradictiones, quarū non licet preter has. 1512. propositiones vero. 3024. ⁊ hucusq; de speculatione priori. Quoniā vero admonet nos cognoscere in quo differt τὸ μέλλον ab ἐσόμενον hoc est futurum a futuro determinato. dicamus ipsorum differentiam τὸ μέλλον hoc est futurum in contingenti accipitur euentu, aut nō possibili τὸ δὲ ἐσόμενον hoc est futurū determinatum in omnino ex necessitate futuro. vt si dico erit hyems aut estas: transeamus ad textum.

¶ His vero determinatis considerandum quomodo se habent affirmationes ⁊ negationes inter se.

¶ Sciendum ꝙ. 8. existentibus capitibus, ipse duorū quorūdā solum meminit, quomodo ex affirmationibus fiant negationes ⁊ proportionem propositionum. Sciendum vero, ꝙ in duo diuiditur quarta particula. in prima igitur particula quartę particulę querit, quomodo negationes ex affirmationibus fiunt. In hac igitur tractatione patrocinatur falso prius Aristoteles. deinde refellit falsum, ⁊ tertio defendit verum. Sciendum vero, ꝙ substantialium modorū meminit Aristoteles ⁊ non fm accidens, vt contentorum in substantialibus.

¶ Si enim complicatorū mutuo ipse opponuntur contradictiones.

¶ Ex his hinc patrocinatur falso, dicit enim ꝙ si in habentibus adiacens ordinamus non adiacēti, ⁊ facimus negationem, propter quid ⁊ non in modali-

bus idem facimus esse, aut non esse apponimus nõ, ⁊ facimus negationem. esse enim aut non esse adiacẽtia sunt, est enim esse significat. sicuti enim in habentibus adiacens non possibile est ordinare non alteri particulę propositionis. dicimus enim esse album hominem, non esse album hominem, non esse non album hominem. simul enim verum dicunt, ⁊ in ligno enim affirmamus dicentes ipsum esse non albũ hominem. oportebat igitur propter hoc, ⁊ in modalibus hoc fecisse adiacenti non negationem apponere, aut eniꝫ in omnibus oportebat hoc facere, aut in nulla, quę enim sors est: has quidem sic fieri, illas ꝟo non.

¶ Si iam hoc sic, ⁊ quibus esse non apponitur idem.

¶ Vt ostendat ꝙ in propositionibus in quibus prędicatum habebit locum huius est, ⁊ in his non ordinata prędicato fecit negationem quanto magis ⁊ in habentibus est, adiacens.

¶ Videtur ꝟo idem posse, ⁊ esse non esse.

¶ Vt ostendat contingentem, possibile eniꝫ est ⁊ ambulare ⁊ non ambulare.

¶ Ratio ꝟo, ꝙ omne sic possibile nõ semper agit.

¶ Hoc dixit, eo qꝛ quidã arbitrati sunt possibile contingens idem esse. Aristoteles quidem possibile ⁊ in necessario apponit, non amplius ꝟo ⁊ contingens. possibile enim equiuocum est cum necessario, ⁊ ideꝫ necessarium duplex, hoc quidem simpliciter ⁊ proprie, ꝙ est semper existens, vt in ęternis vt quando dicimus necessario deum bonuꝫ, hoc ꝟo donec fuerit subiectum, vt quando dicimus hunc igneꝫ calidũ esse ipsa ꝟo oratio, ⁊ in hac quę ex necessitate nõ est, hoc quideꝫ simpliciter, vt quiescere a motu solẽ. hoc autem donec non fuerit prędicatum, vt ex necessitate non ambulare, quando non ambulat, ⁊ habes in his ſm materiam differentiam propositionũ. ꝙ quidem enim simpliciter ens necessarium significat. simpliciter ꝟo non ens ipossibile, ꝙ ꝟo est, si fuerit prędicatum, ens, ⁊ est ⁊ si non fuerit non ens, ꝯtingens.

¶ At ꝟo impossibile de eodem oppositas dictiones.

¶ Hinc destruit falsum, dicit enim ꝙ si in adiacente non apponimus in modalibus, simul veruꝫ dicit cõtradictio ꝙ impossibile, si illud igr̃ impossibile hoc si esset eligibile, hoc esset in modo apponere non.

¶ Fiunt enim queadmodum in illis esse, ⁊ hoc non esse adiectiones.

¶ Pro hoc quemadmodum in habentibus adiacens idem adiacens facit affirmationem ⁊ negationem, alia ꝟo partes propositionis rationem materię continent, sic ⁊ modales. modus quidem facit affirmationem ⁊ negationeꝫ. reliqua ꝟo ⁊ adiacens rationẽ materię continent, cum quis dixerit ꝟo possibile nõ esse, negatio est non, non possibile esse, sed non possibile non esse eas, quę ex transpositione sunt modales significant.

¶ Necessarium non necessarium, verum non verum.

¶ Hinc ostendit, ꝙ ⁊ hoc accidentis modus est, verum vero non veruꝫ dixit, eo quia Phs, vero vtitur, falsum destruẽs huiusqꝫ prima particula quartę particulę. fit igitur figura modalium propositionum sic, erit contingenti non esse contradicens ſm modum ⁊ qualitateꝫ necesse est esse. concurrens vero, nõ necesse esse est. huic vero necesse est non esse, contradicens est hęc, contingit esse. concurrens vero, non cõtingit esse. huic vero contingit nulli contradicẽs est, necesse est alicui. concurrens vero non necesse est alicui. rursus huic contingit non omni contradicens est, necesse est omni. cõcurrens vero non necesse est omni. rursus huic necesse est nulli contradicens est contingit alicui. cõcurrens ꝟo non contingit alicui. rursus huic necesse est non omni. cõtradicens est cõtingit omni. concurrens vero non contingit omni.

¶ Fiunt vero ⁊ consequentię ſm rationẽ sic positis.

¶ Hinc quatuor capita quędaꝫ quęrimus, quot sunt numero propositiones propositę, ⁊ ordinem ipsaꝝ, ⁊ sequellam ipsarum apparentem, ⁊ sequellam ipsarum veram, ⁊ dicimus de numero quidem, ꝙ quatuor sunt propositiones modales. necessaria, contingens, possibilis, ⁊ impossibilis. vnaquęqꝫ igitur harum dicitur quadrupliciter, vt simplex, ⁊ vt ex trãspositione, ⁊ harum affirmationes ⁊ negationes, vt simplex affirmatio necessariuꝫ est esse. negatio huius est non necessarium est esse, ex transpositione affirmatio est necessarium est non esse. negatio huius nõ necessarium non esse. sic ⁊ in alijs tribus. quater igitur quatuor fiunt sexdecim. Sciendum ꝙ adiacentis solius ⁊ modi meminit Aristoteles, ⁊ non subiecti ipsorum ⁊ prędicati. fecit vero hoc, propter duas causas. Primum quidem vt relinqueret volenti quem vult siue subiectum siue prędicatum ordinare. Secũdum dicimus, ꝙ propter hoc duorum solum meminit adiacentis ⁊ modi, quoniaꝫ quidem adiacens est faciens simplices, ⁊ eas quę ex trãspositione. modus ꝟo ostendit nobis qualitatem propositionum, aut affirmatiuam, aut negatiuã facit propositionem 2m caput est de ordine ipsarum. Fiũt igitur duę tabellę ⁊ in prima quideꝫ tabella apponitur prima simplex affirmatio possibilis, consequitur veram ipsam simplex affirmatio contingentis, ⁊ consequetur vero ipsam negatio simplex impossibilis. consequens post hanc simplex negatio necessarij. similiter ⁊ in eadem tabella inferiori ex transpositione affirmatio possibilis, possibile non esse, ipsam consequitur affirmatio contingentis, quę est contingit non esse. hanc sequitur ex transpositione negatio, impossibilis, non impossibile non esse, ipsam sequitur ex transpositione negatio necessarij, non necessariũ non esse. trãseamus in secundam tabellam colligatam a principio simplicem possibilis negationeꝫ non possibile esse. scdm colligans simplicẽ negationem contingentis, non contingens esse. tertiaꝫ simplicem affirmationẽ impossibilis, impossibile esse. quartum appone ex transpositione affirmationem necessarij, necessariuꝫ non esse. postea rursus infra hanc tabellaꝫ ex trãspositione negationem possibilis non possibile nõ esse. scdm ex transpositionẽ negationeꝫ contingentis nõ

contingēs non esse. tertiū extrāspositiones affirmationē impossibilis, impossibile nō esse. quartum appone simplicē affirmationes necessarij, necessarium esse: ꝛ hęc de ordine ipsarū est igitur figura talis.

Hęc est apparens ipsarum consequentia.

Possibile esse.	Non possibile esse.
Contingens esse.	Non contingens esse.
Non impossibile esse.	Impossibile esse.
Non necessarium esse.	Necessarium non esse.

Possibile non esse.	Non possibile non esse.
Contingens non esse.	Non contingens non esse.
Non impossibile non esse.	Impossibile non esse.
Non necessarium non esse.	Necessarium esse.

Hęc est vera ipsarum positio.

Possibile esse.	Non possibile esse.
Contingens esse.	Non contingens esse.
Non impossibile esse.	Impossibile esse.
Non necessarium non esse.	Necessarium non esse.

Possibile non esse.	Non possibile non esse.
Contingens non esse.	Non contingens non esse.
Non impossibile non esse.	Impossibile non esse.
Non necessarium esse.	Necessarium esse.

¶ De apparente autem ipsarum consequentia dicimus, q omnes contradictorię sunt, quę sunt primę ꝛ scdę tabellę ex contrario existentes sine hac sola, non necessarium esse colligata in prima tabella quarto loco, ꝛ hęc necessarius non esse, collocata in quarto loco secunda tabella. hęc eniꝫ ꝛ ex contraria sunt, ꝛ non contradicunt similiter ꝛ inferioribus tabellis contradicunt, vt ex contraria existentes, hac tamen non necessarium nō esse colligata in quarto loco infra primam tabellam, ꝛ necessarium esse apponit in quarto loco infra secūdam tabellā non contradicūt. de vero vera ipsaruꝫ consequentia dicimus qd vnū solum est differens ab apparente ꝛ vera. 8. enim primę tabellę apposuimus quartum eiusdem tabellę, ꝛ quartum proprium secundę tabellę ꝛ erunt omnes contradicentes. erit igitur vera ipsarū expositio parlo superius collocata a dextris. relinquitur modo ipsarum vim addiscere. dicimus igitur de his in prima tabella sic, equiualet prima secūdę ſm qualitatem ꝛ ſm simplicitatem. tertia ꝟo ꝛ quarta qualitate quidem non equiualet, simplicitate ꝟo equiualet. similiter ꝛ quę in inferiori tabella sunt eodē modo se habent, in scda ꝟo tabella sic, prima ꝛ secunda equiualet omnibus modis similiter, ꝛ tertia equiualet quidem ſm simplicitatē, non autem ſm qualitatē, affirmatio enim est, ꝛ si videatur ꝯ priuationem significare. quarta ꝟo non equiualet his duabus primis, neqꝫ ſm qualitatem neqꝫ ſm simplicitateꝫ, ex trāspositione enim est affirmatio. similiter ꝛ inferiori eodē modo prima quidē ꝛ secūda omnibus modis equiualens est, quarta ſm quale diuersa fuit, quarta ꝟo duabus primis neqꝫ ex transpositione, neqꝫ ſm qualitatem est equiualens. consequens est nos querere causam. dicimus igitur, q duę dictę primę possibile ꝛ contingens ad aliqd sunt. quę ꝟo ad aliquid equiualent, sic ꝛ in reliquis tabellis idē dico, q ꝛ in duabus primis inferiore quidē duę tertia ꝛ quarta equiualens primis in prima tabella, eo qꝛ possibile ꝛ cōtingens media sunt necessarij ꝛ impossibilis, media ꝟo omnia ex negationibus extremoꝝ cognoscunt, vt tepidum nō esse calidum, neqꝫ frigidum, fuscuꝫ non esse album, neqꝫ nigrum cognoscitur, sic igitur oportet dicere, ꝛ reliquis propositionibus in tabellis collocatis. inuenta est igitur nobis questio ꝑpter quid negationes affirmationibus equiualent. legendus est igitur textus, vt addiscamus enim existenteꝫ ipsorum difficultatem.

¶ Et consequentię ꝟo ſm rationem fiūt sic positis.

¶ Hinc figuram quatuor tabularum ostendit simplicium propositionum ꝛ ex transpositionibus. fit igit̄ prima tabella sic, vt apposuimus in pma figura possibile esse, contingens esse. deinceps non impossibile esse non necessariuꝫ esse, ꝛ quę extranspositiones inferiores, possibile non esse, contingens nō esse, nō

impossibile non esse, non necessarium non esse. ⁊ in scd̃a ꝟo tabella sic, non possibile esse, nõ contingẽs esse, impossibile esse. necessariũ non esse. deinde inferius non possibile nõ esse, non contingens nõ esse, impossibile non esse, necessariũ esse, ⁊ sic fiunt quatuor tabelle, ipse apposuit ⁊ iam nos exposuimus.

¶ Hoc quidem igitur impossibile, ⁊ non impossibile contingenti ⁊ possibili.

¶ Pro hoc, q̄ possibile ⁊ cõtingens contradicũt existentis, ⁊ contrario sm̃ duas tabellas, similiter ⁊ nõ impossibile ⁊ impossibile contradicũt, sed opposito modo, eo q: affirmationi possibilis, ⁊ contingentis negatio impossibilis apponitur. similiter ⁊ in secũda tabella negationibus enim possibilis ⁊ contingẽtis affirmatio impossibilis apponitur. opposito mõ igitur, pro hoc in scd̃m ordinem affirmatiuum affirmationes, sed negationes cuꝫ affirmationibus. affirmatio enim vtiq̄ impossibile esse dicit, eo q: ⁊ si primũ priuationẽ significat, non est negatio.

¶ Hoc ꝟo necessarium quomodo videndum est. manifestum est ꝟo, q̄ non sic se habet.

¶ Quiuꝫ dixerit de superioribus contradictionibus quesiuit ⁊ de necessario. ⁊ dicit q̄ necessarij contradictio non sic se habet, queadmodũ se habẽt ⁊ relique cõtradictiones. neq̄ eniꝫ huic non necesse est esse, cõtradicit necesse est non esse, eo quia ⁊ simul veruꝫ dicit, contradictio ꝟo nequaq̄ simul verum dicit. si igitur simul verũ dicit, necesse est non esse, huic nõ necesse est esse, erit non necesse est esse equiualens huic possibile est esse, ⁊ non possibile est esse q̄ est inconueniens. si quis ꝟo dicat, sed contraria sequuntur. s. contrarias. dicit non possibile simul verum dicere. mentiri ꝟo eo q: ipse dixit ipsas simul verum dicere. cõtrarias ꝟo ipsas vocauit huic esse non esse mentem adhibens, esse eniꝫ ⁊ non esse contraria sunt, vt non necessarium esse, necessarium non esse.

¶ Contradictiones ꝟo seorsum.

¶ Pro necessario negatio enim in hac possibile est esse apponitur. affirmatio quidem necesse est esse in negationibus possibilis ex transpositione. vt in hac non possibile est non esse, similiter ⁊ in hac necessariũ est non esse. negatio in hac possibile est non esse, collocatur, quare separate ⁊ conuerse sunt contradictiones.

¶ Causa vera huius non sequi necessariũ, similiter cum alijs.

¶ Hinc causam nobis ostẽdit, q̄ non similiter cum alijs ꝑpositionibus ⁊ necessarij contradictio sequit̃, est ꝟo hec causa, q̄ idem possunt ⁊ equale que sm̃ possibiles propositiones, ⁊ que sm̃ necessarium q̄n contraria fuerint contraria dicens scd̃m ⁊ nõ esse, vt impossibilis quidem enim propositio esse habet, necessarij ꝟo non necessariũ esse, necessariũ non esse. similiter ⁊ huic impossibile non eẽ, necessarium eẽ equalis est. fit enim sic syllogismus, si non necessarium eẽ idem est q̄ necesse est non eẽ. huic ꝟo necesse est non eẽ equiualet, impossibile est eẽ. ⁊ huic impossibile est eẽ, equiualet impossibile est nõ eẽ. huic ꝟo impossibile est non eẽ necessarium est eẽ. erit necessarium est eẽ, ⁊ impossibile est eẽ ⁊ non necessariũ est eẽ, q̄ est inconueniens.

¶ Quare, si illa similiter cum possibili, ⁊ non.

¶ Hic dicit ꝑpter hoc apponimus ex contrario huic non necesse est eẽ, necesse est non eẽ, ⁊ nõ necessariũ est eẽ, vt non sit equiualens necessariuꝫ impossibili, sed quẽadmodum superius dictuꝫ est contrario modo apponimus contradictionem necessarij.

¶ Aut impossibile sic iacere necessarij contradictiones.

¶ Volens ostendere, q̄ non necessariũ eẽ rationabiliter collocatũ sunt huic possibilis affirmationi ⁊ nõ necessarium est eẽ vtitur tali syllogismo. necessariuꝫ est eẽ sequitur possibile est eẽ. si ꝟo non hoc nõ possibile est eẽ. sed hoc quidem non poẽ est eẽ, non sequitur ꝑpter ꝑdictum syllogismum, q: necessarium eẽ erit impossibile eẽ, sequet̃ igitur necessariũ est eẽ. possibile est esse, poẽ ꝟo esse equiualet non necessarium est eẽ, igitur necessariũ est eẽ, huic necessarium est eẽ equiualet, q̄ est incõueniens. ostendit igitur, q̄ neq̄ nõ necessariũ eẽ bene apponitur possibili esse, ⁊ visus est linealibus speculationibus. est enim dignitas geometrica dicens, quecũq̄ sunt eidem equalia, ⁊ adinuicẽ sunt equalia. possibile igitur eẽ, consequitur necessariũ ⁊ non necessarium. consequet̃ igit̃ ad necessarium non necessariũ, q̄ est inconueniens. vniuersaliter eniꝫ si primũ secũdo equiualet, ⁊ tertiuꝫ secũdo ⁊ tertiũ, igitur primo equiualebit. si eniꝫ necessarium possibili equiualet, possibile ꝟo non necessariũ ⁊ non necessariuꝫ equiualet, q̄ est inconueniens. duabus igitur existentibus cõtradictionibus hac nõ necessariũ non eẽ, ⁊ necessariũ esse, ⁊ hac necessariuꝫ nõ esse, ⁊ non necessariũ non esse, ostẽdit q̄ neq̄ simplicẽ contradictionem necessarij possibile erat equiualere huic possibili, neq̄ affirmationẽ ex transpositione, ne sit necessarium impossibile. relinquitur igitur ex trãspositione negationeꝫ equiualere possibili affirmationi, vt possibile eẽ, non necessarium nõ eẽ, quare conuerso mõ contradictiones necessarij equiualent possibili. trãsponentes ꝟo hanc non necessarium non eẽ pro hac non necessarium eẽ, erunt oẽs cõtradictorie. Rursus ꝟo dicimus sic duab⁹ existentibus cõtradictionibus, necesse est affirmationẽ prime cõtradictionis equiualere negationi secũde contradictionis, vt possibile eẽ, non poẽ eẽ, necessariuꝫ non eẽ, non necessariuꝫ non eẽ. hanc igitur possibile eẽ sequet̃ non necessarium non eẽ, negatio, si qs ꝟo dicat, q̄n non affirmatio affirmationi equiualeret. dicimus q̄ inuenietur affirmatio poẽs, ⁊ non poẽs equiualens. necessariũ enim non eẽ equiualens huic non possibile eẽ, ostensum est. si ꝟo ⁊ faciemus ipsaꝫ ⁊ huic poẽ eẽ equalẽ, simul verũ dicet contradictio poẽs, ⁊ non possibilis, q̄ est inconueniens.

¶ Dubitaret vtiq̄ aliquis si hanc necessarium est esse, possibile est esse sequatur.

¶ Hic querit si igit̃ necessariũ cõsequatur poẽ ⁊ cõtingens, aut non poẽ. ⁊ hanc quidẽ non poẽ necessariũ non sequitur, eo q: necessariũ poẽ est ⁊ non possibile,

sibile, ꝙ quidē igitur necessariũ contingens non sequitur manifestum est. contingens enim eē ⁊ non eē potest, necessarium tamen non adhuc, quęrimus igitur ⁊ de possibili, vtrum sequatur necessarium ad ipsum. dicimus igitur ꝙ ⁊ sequitur ⁊ non sequitur. non sequitur quidē quando significat pose contingens, ne sit necessarium contingens, sequitur ꝟo quando possibile in plus fuerit necessario, aut contingenti, possibile enĩ simul accipit cōtingens ⁊ necessariũ, vt igitur simul accipiens sequitur, hoc ꝟo dictũ sit, eo quia sequitur ⁊ non, eo quia ipse Aristoteles sibi ipsi contradicit. superius dicit, ꝙ non sequitur, hic ꝟo ꝙ seqtur dissoluamus nos ꝟo cāſ. ¶ Scdm caput, quomodo oportet apponere modum propositionũ s̃m consequentiam, ibi enim quęsiuimus quomodo oportet collocare propositiones, ⁊ ꝙ propositio particulare aliquid est. modus ꝟo aliqd vniuersale, oportet igitur dicere, ꝙ primum habeat ordinē necessarium. postea sic possibile. tertiũ contingens. quartum impossibile. quęrimus igitur hic, si possibile vniuersalius est necessario, propter quid sequitur necessarium, ⁊ dicimus ꝙ vniuersalis particularis sequuntur, etenim dicimus hominem animal, ⁊ sequitur animal vniuersalius existens, ꝑpter quid ꝟo necessarium prius est possibili contingenti, eo quia necessarium est semper existens, possibile ꝟo ⁊ contingens aliquando existens, melius ꝟo semper existēs quandoq; existente, impossibilē quidem quartum, eo quia aliquando existens melius est nunquam existente. rursus necessarium est iste actus, possibile ꝟo ⁊ cōtingens actus, impossibile ꝟo potentia, si igitur priores esse actu deinde ⁊ sic ꝙ est actu. melius enim continens contento, postea deniq; potētias, ⁊ si enĩ tempore posteriores actus potentijs attamē natura priores, quę enĩ in generatione ⁊ corruptione, ⁊ potētias habent ⁊ actus, immaterialia quidem ⁊ sempiterna actu solũ, quare natura priores actus. ¶ Tertium caput est hoc, vtrum negatio magis opponitur affirmationi quā affirmatio priuatiua opponitur affirmationi, vt Socrates iustus ē, Socrates iustus nō est, quę est negatio magis opponitur affirmationi dicenti, Socrates iustus est quā affirmatio priuatiua dicens, Socrates iniustus est. ⁊ Aristoteles quidē negationem dicit magis opponi aduersarię, non tamē demonstratiuę. dicit enĩ ipse in metaphysicis, ꝙ cōtradictio subcontrarię opponitur, affirmatio ꝟo cōtraria, subcōtraria ꝟo indicat remisse. Rursus dicimus ꝙ iustus non est, non omnino iniustũ indicat, sed medium ⁊ alia ꝟo iusta affert, neq; iuste existentia, neq; iniusta, quare sic medium non multum distat a iusto, quę ꝟo maxime inter se distant sunt contraria. maxime ꝟo distat iniustũ a iusto. igitur iniustus magis opponitur. quemadmodum enim non album significat fuscum, ⁊ reliqua media, nigrum ꝟo non similis generis, ⁊ vere cōtrarium est, sic ⁊ in his, q̃ sunt extrema, oportet dicere cōtraria. Rursus ꝟo dicimus, ꝙ opposita, aut vt nequaquā existentia, aut vt alterius generis, aut vt media opponuntur. negationes ꝟo neq; vt nequaquam existentia, neq; vt alterius opponuntur, relinquitur igitur vt media, media ꝟo non longe distant ab extremis, hinc igitur affirmationes magis opponuntur, vt ꝟo patrocinemur dicentibus negationes magis affirmationibus opponi dicamus sic, contradictiones ⁊ existentia ⁊ non existentia contradicunt. affirmationes ꝟo priuatiuę sola existentia. vniuersaliora igitur particularioribus magis opponũtur. Rursus omne prędicamentum contradictionem suscipit, non in omnibus ꝟo prędicamentis est inuenire affirmationes huiusmodi quales priuatiuę oppositas, ⁊ ꝑpter hoc oportet magis negationem opponi. similiter se habet ⁊ in magnitudinibus ⁊ numeris. dicit enim in prędicamentis, ꝙ magnum paruo contrarium est, quę quidem ostensa fuerunt ad aliquid existentia. relatiua ꝟo non opponuntur. rursus duplum dimidio contrarium est, quę non proprie opponũtur. tempus igitur est, vt textum aggrediamur.

¶ Dubitaret vtiq; aliquis, si necessarium esse, possibile esse sequatur.

¶ Hic quęrit de necessario, vtrum possibile esse sequatur, aut non possibile esse, sed quidē non possibile erit idem ꝙ necessarium ⁊ impossibile sicuti ostēsum est. manifestum igitur est, ꝙ possibile sequitur non contingens possibile, neq; s̃m aptitudinē, sed actu possibile, ⁊ si aliquis dicat istius possibile esse negationem non hanc, non possibile esse, sed possibile non esse, neq; sic sequitur necessariũ esse hanc, possibile non esse, neq; hanc non possibile esse.

¶ At ꝟo rursus idem esse videtur.

¶ Per hoc ostēdit, ꝙ non omne possibile esse sequitur necessarium, neq; enim contingens ⁊ s̃m aptitudinem sequitur.

¶ Manifestum iam est, ꝙ non omne possibile, aut esse, aut ambulare.

¶ Vt cognoscamus, ꝙ dicitur exterius quędā theoremata accipiamus. dicimus ꝙ possibile ⁊ contingens, aut rationalibus, insunt, aut irrationalibus, aut inanimatis, ⁊ in rationalibus quidem omne possibile inuenitur, etenim possibile est ambulare, ⁊ nō ambulare, ⁊ in irrationalibus possibile enim est latrare canem ⁊ non latrare, in inanimatis quidem potentia duplex est, aut factiua, aut passiua, ⁊ passiua quidem suscipit omne possibile, etenim possibile est indumētum ⁊ scindi ⁊ non scindi. factiua quidem non amplius suscipit omne possibile, etenim possibile est ignem comburere. non amplius ꝟo ⁊ non potest suscipit enim solum necessariũ possibile, non amplius ꝟo ⁊ contingens, vt ignis semper comburit, ⁊ nunq̃ frigefacit. ⁊ si enĩ non adest corpus aptum incendi, sed solum semper appropinquantem sibi aera comburit, non s̃m rationem possibilia, dixit pro hoc in animatorum, quę ꝟo irrationales non omnes. Sciēdum est ꝙ inanimatam potentiam coniunxit irrationali.

¶ Neq; quęcunq; alia operantur.

¶ Vt ostendat incorporea siue niues, ⁊ quę non sunt susceptiua omne possibile. Sciendum enim ꝙ quę sunt in generatione ⁊ corruptione potentias habent ⁊ actus. ęterna quidem actus solum, ⁊ non potētias.

¶ Quędam quidem possunt, ⁊ ex his quę

sunt sm irrationales potentias simul opposita suscipere.

¶ Vt in animatis, irrationalibus ꝟo ⁊ in animatis. passiuis ꝟo vt tunicam scindi ⁊ non scindi.

¶ Neq; queçunq; dicuntur sm eandem speciem.

¶ Pro hoc, neq; queçunq; potentiç dicuntur in his, quç sunt in generatiōe ⁊ corruptione, iste omnes opposita simul tenent siue faciunt, etenim ignis in generatione ⁊ corruptione non quidem simul oppositas potentias habet.

¶ Aliquç ꝟo potentiç çquiuoce sunt.

¶ Sunt enim potentiç hec quidem sm aptitudinem, heç ꝟo sm actum, vt possibile ambulare Socratem actu, possibile ⁊ ambulantem ipsum dicere sm aptitudinem, eo quia, ⁊ si non actu ambulat, sed saltem potentia ambulat.

¶ Et heç quidem potentia est in solis mobilibus.

¶ Mobilia dicit hic, quç in generatione ⁊ corruptione, eo quia in motu sunt imobilia, alia immaterialia, eo quia, neq; in loco sunt. dictu; est autem tale ꝙ in corruptibilibus potentia est ⁊ actus, in çternis ꝟo actus tantum.

¶ Vtraq; ꝟo, verū est dicere, non impossibile esse ambulare, aut esse.

¶ Pro hoc, sm omnia significata possibilis cōsequitur negatio huius impossibile esse, dicens hoc non impossibile esse.

¶ Sic quidem igitur possibile, non veru; de necessario simpliciter dicere.

¶ Pro hoc, non omne possibile sequitur necessarium, nec enim significans contingens, sed in plus necessario, tanquam cum ipso comprehendens necessarium.

¶ Quonia; particulare vniuersale sequitur hanc ex necessitate existente; sequitur possibile esse.

¶ Ostēdit per hoc ꝙ particularia vniuersalia sequūtur, etenim dicimus hominē animal, ⁊ sequitur animal vniuersale existens homini. quonia; igitur vniuersalia, sequūtur particularia, particulare ꝟo necessarium possibilis. possibile igitur vt vniuersaliu; necessarium sequitur, non tamen omne possibile.

¶ Et est iam principium forte omniū necessarium, ⁊ non necessarium.

¶ Hinc transit in secundu; caput vt ostendat, ꝙ modus necessarij prçordinatus fuit. scdm possibile. tertium contingens. quartum impossibile, ⁊ est talis syllogismus, si necessarium actu est, actu ꝟo çterna, sed çterna quidem priora sunt, igitur necessaria priora sunt, scdm syllogismus de possibili ⁊ contingenti, ꝙ prçordinata sunt impossibili. possibile ⁊ contingens actu. impossibile potentia, ꝙ ꝟo actu eo ꝙ potentia natura prius, ⁊ si tempore posterius sit. igitur possibile ⁊ contingens vt actu existentia priora sunt impossibili.

¶ Et quç quidem sine potentia actus sunt.

¶ Vt ostendat, ꝙ incorporea, ⁊ çterna actus sunt tantum, ⁊ non potentiç, ex hoc ostendit, ꝙ si necessariu; actu solūmodo manifestum est, ꝙ primum esse debet, secunda possibilia ⁊ contingentia, vt in se habētia potentias ⁊ actus, heç ꝟo nequaquam actus sunt. vt ostendat ꝙ quartum ordine; susceperunt impossibilia, vt potentias solum habentia.

¶ Quç ꝟo cum potentia, quç quidem natura priora, tempore ꝟo posteriora.

¶ Ostendit hinc, ꝙ ⁊ si tempore posterior actus, sed igitur natura prior, vt in çternis existens, quoniam ꝟo Amonius in cōmentario fecerat hanc diuisionē possibilis, dignum est ⁊ eiusdem reminisci. dicit eni; ꝙ possibile aut sm actum est, aut sm potentiam, sm actum quide;, vt solem dicimus posse lucere, sm potentiam ꝟo vt sedente; posse ambulare, ⁊ eius ꝙ est sm actum. hoc quidem est, ꝙ naturale subiecto, illud ꝟo aduenititium, ⁊ semper prçsens ⁊ connaturalis ⁊ specifici, hoc quidem çternum, ⁊ in çternis speculatum, vt moueri circulo cçlum, aut esse deum bonu;, hoc ꝟo non çternu;, neq; in ternis donec fuerit quidem subiectum cum ipsis simul existens, vt quando dicimus hūc ignē posse calefacere. Rursus ꝟo eius ꝙ sm potentiam. hoc quidem potest mutari in actū, vt quādo dicimus puerum posse exercitum ducere, nisi quid extrinsecus ipsi impedimento fuerit, ꝙ ꝟo in actum quidem nunqua; ducendum est, per se ꝟo solum potentia esse habens, vt in diuisione in infinitum magnitudinu;. ostendens igitur çquiuocationē possibilis ad necessarium aggreditur figuram hora; exquisitam, ⁊ est ipsius talis expositio.

Necessarium esse.	Non necessarium esse.
Non possibile non esse.	Possibile non esse.
Non contingens non esse.	Contingens non esse.
Impossibile non esse.	Non impossibile non esse.

Necessarium non esse.	Non necessarium non esse.
Non possibile esse.	Possibile esse.
Non contingens esse.	Contingens esse.
Impossibile esse.	Non impossibile esse.

¶ Particula

¶PARTICVLA QVINTA.



TRVM vo cõtraria sit affirmatio negationi, aut affirmatio affirmationi.



IC QVERIT Aristoteles, vtrum negatio affirmationi magis opponatur, quam affirmatio affirmationi. Sciendum vo, ꝙ dictuȝ est superius, ꝙ non dogmaticę hic, hoc ostendit, sed dialecticę. sunt igitur sex rationes Aristotelicę dicentes negationem magis esse cõtrariam, ⁊ prima sic ꝙ quę nequaquã simul verum dicẽtis magis contraria aliquando simul verum dicentibus. negatio vo affirmationi nequaquam simul verum dicit, interdum vo affirmatio affirmationi simul verum dicit. negatio igitur nequaquaȝ simul veruȝ dicens affirmationi magis opponitur, vt propositioni dicenti temperantia bonum, aduersat̃ ⁊ negatio dicens temperantia non bonum, ⁊ affirmatio dicens intemperantia malum: quoniam igitur inuenimus affirmationes in aliquo materia simul veruȝ dicentes, negationem vo nequaquã, si verum dicentẽ manifestum est, ꝙ negatio magis est contraria affirmatione. dicimus ad hoc ꝙ affirmationes accepisti nõ de eodẽ, sed de alio ⁊ alio, ⁊ ex hoc paralogismo vsus fuisti. Sciendum enim ꝙ ⁊ si affirmatio dicens, ꝙ temperantia bonum, ⁊ dicens intemperantia malum, ⁊ si simul verum dicat, sed non eiusdem de eodem est contrarietas, sed contrarię sunt propositiones. oportet vo ipsos pr̄dicatos terminos seruare propositionum in contrarijs, solum vo permutare subiectum terminum, vt sit dicenti temperantia bonum contraria dicens intemperantia bonum, ipse vo contrarium pro bono apponens ꝙ maluȝ paralogismuȝ fecisti. ¶ Scđa rõ affirmationi dicenti bonum/bonum est, aduersatur negatio dicens bonum/bonum non est. ⁊ affirmatio dicens bonum malum est. ⁊ quidẽ negatio dicens bonum/bonum non est, infert ꝙ bonum non eligibile, non vtile, non iustuȝ. ⁊ affirmatio dicens, ꝙ bonum malum est infert, ꝙ ⁊ iniustum ⁊ vitabile est, ⁊ alia quędaȝ his similia. Manifestum est igitur hinc, ꝙ plures negationes, ⁊ plures affirmationes aduersantur vni affirmationi, sed hoc inconueniens est, ⁊ sic probat, ꝙ negatio debet magis aduersarij tanq̃ comprehendens omnia reliqua ꝙ bonum non eligibile, ⁊ ꝙ non iustuȝ. Dicimus igitur ad hanc rationem tres solutiones. ⁊ primam quidem hanc si dicis negationeȝ magis aduersarij, vt comprehendentem reliqua, hoc idem sicuti comprehensiua existens multorum facit plura vni affirmationi aduersarij, ꝙ est inconueniens. Secunda solutio est hęc, si dicis ꝙ ex pluribus falsum congregatum ex affirmatione magis contrarium falsuȝ deceptioni. deceptio vo non ex contrarijs fit, sed ex similibus manifestuȝ est, ꝙ si ex negatione deceptio sequitur, ex similibus consequetur, ⁊ nõ amplius magis cõtraria negatio, ꝙ vo ex similibus fit deceptio. hinc manifestum est, etenim palumbum interduȝ colombam dicimus, ⁊ lupum canem decepti, ⁊ nõ sunt contraria. Tertiam solutionem dicimus ad ipsum, o Aristoteles, duo principia mihi opposuisti plura afferentia affirmationem ⁊ negationem, quomodo igitur pr̄termittens vnum principiuȝ, ꝙ est affirmationem alterius meministi, dico sane negationi. hinc igitur manifestum est, ꝙ paralogismum ⁊ non syllogismũ fecisti. ¶ Tertia rõ est hęc, affirmatio dicens bonum/bonum est, per se verum dicit, ⁊ negatio dicens bonum/bonuȝ non est, mentitur. similiter ⁊ affirmatio dicens bonum malum est, per accidẽs mẽtitur. per accidens vo, eo quia dicentes bonum malum est, subintelligimus, ꝙ si malum est/bonum nõ est. similiter vo ⁊ negatio eiusdem dicens bonũ, malum non est, per accidens verum dicit. dicentes eniȝ ꝙ si malum non est inferimus hoc, sed quidem bonum est, quatuor igitur existẽtibus propositionibus huic per se verę propositioni, hęc per se falsa propositio magis opponitur. non enim possibile huic per se hanc per accidens opponi, est vero per se falsa dicens bonum/bonum non est. igitur negatio dicens bonum non esse bonuȝ magis aduersatur. Dissoluimus vo sic, ꝙ harum quatuor propositionuȝ nulla est per accidens, per se eniȝ omnes opponuntur, per accidens enim in omnino dissimilibus ⁊ non consimilibus existẽtibus inuenitur, sicut in albo ⁊ nigro, per accidens opponuntur, hęc si igitur per se omnes opponuntur, non amplius vo per accidens, neq̧ negatio magis aduersat̃. ¶ Quarta rõ est, ꝙ quatuor existentibus propositionibus dicente bonum/bonũ est, ⁊ negatione ipsius, rursus dicente bonum maluȝ est, ⁊ negatione ipsius, harum quatuor, duę sunt simplices prima affirmatio ⁊ prima negatio, ⁊ duę compositę, scđa affirmatio ⁊ negatio, si eniȝ aliquis dicat bonum malum est, affert ꝙ bonum non est. oportet igitur simplici simplicem magis opponi, ⁊ non compositaȝ simplici. si igitur simplex prima negatio ipsa magis aduersat̃. Dissoluamus vo sic, ꝙ nulla ẽ cõposita ex quatuor. ⁊ si eniȝ diceres, ꝙ in dicendo bonum malum est, affertur ꝙ bonum nõ est. multo magis ipsa affirmatio opponitur. oportet enim contraria per omnia media incedere, ⁊ sic extrema fieri, ⁊ aduersari. malum igitur per omnia media boni iter faciens malum factũ fuit, similiter ⁊ in albo ⁊ nigro, per media enim faciens inter album, vt obscuruȝ album palidum nigruȝ factũ fuit. ¶ Quta consideratio est, si semper existens aliquando existente sit maius, semper vo existens est negatio, semper eniȝ aduersatur, aliquando vo existẽs affirmatio, neq̧ eniȝ in omnibus inuenitur talis affirmatio. igitur semper existens magis aduersatur, quę enim fors: in nõ habentibus quidem affirmationes aduersari, in habentibus vo non aduersari. Solutio vo est hęc, qđ nisi in habentibus affirmationes contrarias non dicimus magis aduersarij, duobus eniȝ existentibus cõtrarijs magis contrarium, quęritur in non habentibus quidem huiusmodi affirmationes, nihil admirabile est aduersarij negationeȝ, quare oportet dicere, ꝙ magis aduersatur negatio, acrius vo affirmatio. ¶ De sexta vo ꝯsideratione deinceps dicẽdũ erit.

Sciendum ṽo, q hęc dixit Aristoteles, propter tres causas. dixit enim post q sunt duę determinationes cõtrarię omnis ꝛ nullus, ꝛ q sunt affirmationes priuatię, ꝛ q contingit simul verum dicere contradictionem in aliqua materia, in medijs enim simul verum dicit, vt in impari ꝛ pari, vt par est, ꝛ par nõ est. vtraq; enim vera, vt media. Quidam ṽo arbitrati fuerunt hanc quartam particulam spuriam esse, vnde dicunt, q Porphyrius quatuor meminit in cõmento, huius ṽo non meminit.

¶ Si enim quę sunt in voce sequuntur ea, quę sunt in intellectu.

¶ Hoc vult dicere, q si orationes simulachra sunt eorum quę sunt in mente, sicuti se habent orationes sic ꝛ intellectus. si igitur oratio suscipit affirmationem magis contrariam, manifestum est q ꝛ intellectus, sic opinatur, si ṽo orationes negationem magis contrariam dicunt esse, ꝛ sic intellectus opinaẽ.

¶ Quare considerandum est, qualis opinio falsa, opinioni verę contraria sit.

¶ Vt ostendat, qualis igitur verę opinioni falsa opinio opponatur, vt affirmationi simul verum dicenti, falsa negatio existens opponitur.

¶ Est aliqua opinio vera boni, q bonum.

¶ Hic proponit primam rationem, si dicenti bonum bonum est, opponitur, dicens, bonum bonum non est, aut dicens bonum malum est, nequaquam ṽo simul verum dicentia magis contraria, igitur dicens bonum bonũ non est, magis contraria. dicimus ṽo q simul verum dicentes accipiebat in differentibus rebus contrarijs, ꝛ tanquã vnum ipsas accepit. Scõs igitur vtram istarum contraria est, vtrum ſm dicentem bonum bonum est, aut ſm dicentem, q bonum malum est.

¶ Propter hoc igitur iam putare contrarias opiniones infinitas esse.

¶ Pro hoc, dicendum est de his contrarijs affirmationibus q magis aduersatur falsum.

¶ Boni enim q bonum, ꝛ mali q malum, ipsa forte erit ꝛ vera.

¶ Forte apposuit, eo quia non eisdem contrarijs simul verum dicunt affirmationes, sed simul verum dicunt indifferentibus contrarijs, vt dictum est in superiori speculatione, hęc quidem intemperantia verum dicit, illa ṽo in intemperantia.

¶ Contraria ṽo hęc, sed non contrariorum esse contraria.

¶ Pro hoc, contraria quidem sunt istę affirmationes duę, at ṽo non magis contrarijs contrarię. magis enim est contraria negatio.

¶ Sed magis contrarię.

¶ Pro hoc, contrarię sunt vtręq; affirmationes, sed non magis negationibus aduersantur.

¶ Si iam est quidem boni, q bonum est opinio, alia ṽo q non bonum.

¶ Hic de secunda ratione dicit, in qua ostẽdit, q plures negationes ꝛ affirmatiões vni affirmationi sunt contrarię, oportet igitur negationem magis aduersari.

¶ Est ṽo aliquid aliud, q non inest, neq; possibile est inesse.

¶ Vt si diceret, q bonum bonum non est, infert q neq; iustum, neq; eligibile inest. rursus cum quis dixerit, q bonum malum, infert hoc q ꝛ inesse ipsum malum est.

¶ Aliorum quidem iam nullum est ponendum.

¶ Falsorum. vz. in affirmatione ꝛ negatione simul comprehensorum.

¶ Sed in quibuscunq; deceptiones.

¶ In quibuscũq; dixit speculantur deceptiones, hę ṽo sunt contrarię dico ṽo deceptiones esse negationes.

¶ Ipse vera sunt ex quibus generationes.

¶ Vt si totum huiusmodi, quęcunq; sunt generationes deceptionum hę sunt contraria. negationes ṽo principia deceptionum, igitur negationes contraria. Sciendum ṽo, q paralogismum fecit. deceptiones enim non ex oppositis esse dicimus, sed ex similib⁹, sicuti in palũbo ꝛ columba dictum est.

¶ Si igitur bonum, ꝛ bonum ꝛ non malum est.

¶ Hic tertio, ratio est. dicit enim q bonum bonum dicenti per se falsa magis ꝯtraria, quę enim sunt plurimum inter se distantia, magis sunt contraria.

¶ Magis ṽo vniuscuiusq; vera per se.

¶ Vt ostendat, q in veris hę quidem sunt per se verę, ille ṽo per accidens, ꝛ rursus in falsis aliquę quidem per se falsę, aliquę ṽo per accidens, dicens enim q bonum malum est in negatione boni malum infert, ꝛ est falsa per accidens, tollit ṽo bonum per se. si enim bonum malum, manifestum est, q non bonum, si ṽo non bonum, contingit ipsi malum esse.

¶ Quod quidem igitur non bonum bonum, huius per se existentis falsa.

¶ Vt dicat affirmatione vera existẽte negatio falsa, falsum vero vero magis opponiẽ, igitur negatio magis opponitur, mentitus est ṽo maxime habens contrariam opinionem, vt negatio.

¶ Quę vero huius, q malum bonum, ꝛ composita est.

¶ Vt sit huiusmodi dictum, ingressus est enim in quartam rationem, q affirmatio contraria composita est. dicens bonum malum est. simul enim infertur, q nõ bonum, impossibile vero compositam simplici esse contrariam, non igitur affirmatio contraria.

¶ Amplius vero, ꝛ si i alijs similiter oportet se habere.

¶ Pro hoc, ꝛ in alijs omnibus ꝓpositionibus oportet negationem aduersarij magis, aut omnimodo, aut nullo modo.

¶ Quibuscũq; vero non est contraria, de his quidem est falsa.

¶Hic

¶ Hic eſt quarta ratio ꝙ ſemper exiſtens aliquãdo exiſtente melius eſt, igitur dictum tale, ſi in quibuſcunqꝫ propoſitionibus non eſt contraria affirmatio negatio aduerſatur. manifeſtum eſt, ꝙ ⁊ in quibuſcunqꝫ eſt affirmatio contraria, negatio magis aduerſatur. dicimus ꝟo nos, ꝙ oportet magis accipere exiſtente contraria affirmatione.

¶ Amplius ſilr ſe hꝫ, quę boni ꝙ bonum.

¶ Hic de ſexto argumento diſputat, ⁊ facit demonſtrationem per talem figuram, eſt ꝟo ab ipſo pręparatum, ꝙ negatio magis contraria ꝙ̃ affirmatio oppoſita, oſtendit ꝟo ſic, eſt affirmatio dicens bonuꝫ / bonum eſt, huius negatio bonum / bonum non eſt, ſunt igitur hę ex determinato ſubiecto, facit ꝟo ⁊ alias duas propoſitiones ex infinito ſubiecto, vnaꝫ affirmationem dicentem, non bonuꝫ / bonum eſt, huius negatio non bonum / bonum non eſt. ſicuti ſe habet, igitur affirmatio determinati ſubiecti, ſic ſe habet negatio infiniti ſubiecti. ſimul enim verũ dicunt vtrꝗ, vt dicens bonum / bonum eſt, hoc exiſtẽs eſt, dicit eſſe, ⁊ dicens non bonum / bonũ non eſt, ꝙ non eſt exiſtens, dicit non eſſe, vtraqꝫ igitur ſimul veruꝫ dicunt, angulares ꝟo ipſe, ſi igitur ipſe ſimul verum dicunt, manifeſtum eſt ꝙ ſicuti ſe habent negatio ex infinita ſubiecta ad affirmationem habentem infinitum ſubiectum, ſic ſe habebit affirmatio ex definito ſubiecto ad negationẽ ex definito ſubiecto. ¶ Sciẽdum ꝟo, ꝙ negatio ex infinito ſubiecto nihil habet oppoſitum, etenim dicens non bonum, ꝙ maluꝫ eſt ſimul verum dicit ipſe dicenti non bonum / bonum non eſt, ⁊ in inutili ⁊ flagitioſa materia. ⁊ rurſus dicens, non bonũ maluꝫ non eſt ſimul verum dicit, ipſa negationi dicenti non bonum / bonum non eſt, in media materia, etenim pueri neqꝫ boni neqꝫ mali ſunt cuꝫ ſint medię materię. ſi igitur, vt ſe habet affirmatio determinata, ſic ſe habꝫ ⁊ negatio indefinita, manifeſtum eſt ꝙ affirmationi determinatę negatio ſola contraria. quẽadmodum ⁊ negationi indefinite affirmatio indefinita ſola eſt cõtraria. Dicim⁹ nos ad hoc, ꝙ quidem in dicendo ſimul verum ipſas ſuſcipimus non tamen in non habendo contraria, ſimul enim verum dicunt affirmatio determinata, ⁊ negatio indefinita, oportet ꝟo ſcire, ꝙ non quẽadmodum ſimul verum dicunt negationi dicens affirmatio ꝙ bonum malum eſt, ⁊ dicens ꝙ bonum malum non eſt, ſic ſimul verum dicit, ⁊ in affirmationẽ determinatum habentem ſubiectum, ille enim ens ꝙ eſt dicit hęc ꝟo nõ ens, ꝙ non eſt, ſm igitur oppoſita non equivalent affirmatio determinata ⁊ negatio indefinita. eſt igitur talis figura bonum / bonum eſt, bonum malum eſt, non bonum bonum, non bonum malum, bonum non bonum, bonum non malum, non bonum non bonum, non bonũ non malũ.

A	B
Bonum bonum. Bonum malum.	Bonum non bonum. Bonum non malum.
Non bonum bonum. Non bonum malum.	Non bonum non bonum. Non bonum non malum.

¶ Secundꝫ caput eſt huiuſmodi, ſi ſimulachra ſunt conceptuum orationes, quẽadmoduꝫ ſe habent orationes, ſcilicet ⁊ conceptus, ſi ꝟo cõceptus magis negationem opinantur opponi. manifeſtuꝫ eſt ꝙ ⁊ orationes, quę ſunt circa conceptus. Aggredit̃ igitur ad alia tria capita. eſt ꝟo primum dicens, ꝙ ⁊ ſi demonſtrationes prępoſuimus per propoſitiones determinatas oſtẽdere, nihil differt, ⁊ ſi per indeterminatas oſtendiſſemus. Sciendum enim ꝙ articulus ſingularis equivalet vniuerſali determinationi. vniuerſalis enim determinatio ⁊ propria eſt ⁊ cõmunis. huic igitur vnum ſignificare equivalet articulus determinationi, appoſuimus ꝟo ſingulare, quoniaꝫ duale duo ſignificat, ⁊ plurale non vniuerſale ſignificat, etenim Demoſthenes dicit, oramus deos, ⁊ appoſuit contos ⁊ contas. dicimus rurſus, ꝙ Athenienſes prudẽtes, non ꝙ omnes Athenienſes prudẽtes. ¶ Secundum caput eſt, per taleꝫ ſyllogiſmuꝫ, ſi contraria opponuntur, oppoſita autem non ſimul veruꝫ dicunt. contraria igitur non ſimul verũ dicunt. ¶ Tertium caput eſt per proſyllogiſmũ vocatuꝫ, concluſio enim primi ſyllogiſmi principium ſecundi fecit. dicit enim ſic, oppoſita non ſimul verum dicunt, indeterminatę ſimul verum dicunt. igitur indeterminatę non opponuntur, hucuſqꝫ finem habet opus.

¶ Amplius ſimiliter ſe habet, ⁊ boni ꝙ bonum, ⁊ non boni ꝙ non bonum.

¶ Hic de ſexto argumento diſputat, ⁊ primuꝫ de angularibus, dicit igitur, ꝙ ſicuti ſe habꝫ affirmatio ad negationem, ſic ſe habet negatio ad affirmationem, ⁊ ſicuti ſe habet negatio ad affirmationem, ſic ſe habet affirmatio ad negationem, dicens autem.

¶ Non enim ſane dicens, ꝙ malum ſimul verum, vtiqꝫ aliquando erit vera.

¶ Oſtendit, ꝙ neqꝫ dicenti non bonum maluꝫ, neqꝫ non bonum / bonum eſt contraria negationi indefinitę, ſi ꝟo hoc manifeſtuꝫ eſt, ꝙ negatio affirmationi eſt contraria.

¶ Manifeſtum verum eſt, ꝙ nihil differt, neqꝫ ſi vniuerſalem ponimus affirmationem.

¶ Hinc tranſit ad ſecunduꝫ argumentum dicens, ꝙ

articulus singularis equivalet determinationi universali.

¶ Quare, si quidem in opinionem sic se habet.

¶ Hic transit ad ostendendum negationem esse magis contrariam, & quartum ipse ponit, nos secundo quintum in superiori consideratione secundum ipsum collocavimus. dicit igitur, si orationes intellectorum sunt simulachra, orationes secundo negationem dicunt esse magis contrariam. vz. & sic se habet opinio.

¶ Vel quoniam nullum, aut nullus.

¶ Pro hoc contradictorię, quoniam mentionem fecit de homine & non homine.

¶ Manifestum verum est quod & veram verę non contingit esse contrariam.

¶ Hic de primo syllogismo dicit, quod simul secundo dicentia non sunt contraria, indeterminatę simul verum dicunt, igitur indeterminatę non sint contrarię.

¶ Contraria quidem enim est circa opposita.

¶ Hic prosologismus est, dicit enim quod si contraria opponuntur, & reliqua dicta in superiori speculatione.

FINIS.

REGISTRVM

A B C D E. Omnes duerni.

Venetijs apud Octauianum Scotum.